

R (Ms)
338

Sala Reservada bat: 9-6.

AB.

Tertium Diem, De Vita Beata, legas
quero, et Senecam ipsum te legentem
cridas.

G.

DVARVM VIR
GINVM COLLOQVIM
DE VITA AVLICA ET
PRIVATA LOYSA
SYGÆATO
LETANA
AVTORE



ÆDITVM VLYSSIPONE

ANNOSALVTIS MDLII

DVARVM VIR

GINVM COLLOQVIM

DE VITAVICAT

PRATA-LOISA

SYGAEATO

ETANA

AVTORE



VEDITVM ALYSSIPONE

ANNOSALVES-MDIII

EPISTOLA

Ω

**AD SERENISSIMAM
MARIAM, INFANEM DIVI
EMNVELIS, POTENISSIMAM
PORTUGALIAE REGINAM**

Loisæ Sigææ Toletanæ Polyglossæ

INSCRIPTIONIS



INER TOT, AC TANTA, BENEFICIA, quibus me' semper ornare' curasti Serenissima Princeps, ea fuit Divini animi tui liberalitas, hoc in primis meo pectore, quo aduixero, manebit insitum, quoddam te' a incundissimis Studijs, in quibus nostra opera utebare', graviores curæ auocabant, literarum otium, et destinatum ad id locum mihi vltro concesseras. Vbi tanto sudore tamq; indefessis vigilijs variarum linguarum atq; aliarum artium coquisitam eruditione, & recolerem, et in dies maiori cum faenore locupletarem. In cuius rei Symbolum duarum Virginum colloquium mihi nuper recognitum tuæ Celsitudini offerre nunc Patri

EPISTOLA

Quid sane argumentum est, Utrane sit vita beator. Au-
 sticane, an privata, & extra Urbanos tumultus velut
 solitaria? Utriusque sententiam sapientissimorum virorum dictis
 comprobare, atque impugnare nitimur, paucis admodum ex
 Minerva nostra interpositis. Tum quod imbecilles ad id
 vires nostras plane esse non ignorem, tum etiam, ut quorum
 doctrinam ab ipsis pene incunabulis voluimus, in medium
 proferamus, ac videat quicumque leget meam, quantulacumque est,
 eruditionem meam ijs Autoribus debere; faterique ingenue
 debitum. Candidi animi (inquit ille) est, ingenue fateri,
 per quos profeceris. Accedit, quod si exuberrima illorum
 copia quantum fructus debuissim, decerpere non valui, none-
 rim tamen, me unquam soluendo non esse quod debes: cum
 ingenue fatear ne minimam quidem exuberantissimam illorum
 scientiam guttam adbibisse, ne dum illos plene imitari unquam
 posse presumere. Tu Dina Princeps, quae mihi, quae doc-
 tissimo cuique ornameto es, huic opusculo faueto. Cuius
 author, pedisequa tua est, editionis locus, tuum Musaeum,
 atque operi edendo, tui optimi libri adiutores. Quibus aus-
 picij secure, & intrepide oblatrantium atque inuidorum ora
 poterit dialogus obturare. Valeat optis Celsitudo tua,
 quam amplitudinis atque Imperij Summum expectat fas:

tiquum: quo possis divinas animi tui dotes clarius un-
 verso orbi Terrarum mirabiles reddere, quæ nunc obnu-
 bilata Fortune invidia, aliquantisper Latitant, diffusa-
 ra non ita multo post in extingubilem splendorem:

CATALOGVS AVTORVM,
QVOS IN HOC OPVSCVLO
CITAT LOYSA SYGEA.

SACRI	Ambrosius:—	Isocrates:—
	Augustinus:—	Iuuenalis:—
	Bernardus:—	Linus:—
	Chrysostomus:—	Neuius:—
	Cyprianus:—	Ovidius:—
	Cyrillus:—	Plato:—
	Gregorius:—	Plautus:—
	Hieronimus:—	Plinius:—
	Hilarius:—	Pindarus:—
	Job:—	Plutarchus:—
	Paulus Ap[osto]lus:—	Polybius:—
	Psalmista:—	Pythagoras:—
	Prophetay libri:—	Quintilianus:—
	Solomon:—	Seneca:—
	Reliqui penè omnes vete. ac Noui Testa. libri:—	Silius Italicus:—
ETHNICI	Aristoteles:—	Socrates:—
	Cicero:—	Sophocles:—
	Hesiodus:—	Suetonius:—
	Homèrus:—	Terentius:—
	Horatius:—	Theophrastus:—
		Vergilius:—
		Xenophon:—

Atq; alij plures p alios citati:—

4

Colloquium habitum apud villam, inter
Flaminiam Romanam et Blesillam
Senensem, virgines tum nobiles,
tum etiam doctas. De Aulica,
& Privata vivendi ra-
tione: &c. &c. Lo. sigea Autore.

FLAMINIA:

BLESILLA:

FLA: Vides ne mea Blesilla villa huiusce amœnita-
tem? Certe si mihi foret integrum, ac tu velles meis votis
annuere, hic plusculos dies immoraremur, quando utriusque
nostrum conferret admodum procrastinare in urbem redi-
tum, tum ad levandum animum, tum etiam ad facilius
postea tolerandos aulicos labores, ac molestias. Ac iuxta
illud Comicum ex nostro hoc propinquo vivere hoc capere
mus commodi, ut nec agri, nec urbis odium nos unquam per-
ciperet. Vbi satias cepisset fieri, commutarem locum.

BLE: Præsertim cum locus ipse amœnus, et limpidissimi fon-
tes, leniterque submurmurantes, ac umbrosa arbores flori-
bus et fructu mirificum orbis artificem testantes, nec
non volucres vario concentu factori suo incessanter gra-
tias reddentes, omnia hæc nos ad magnam & æternam

rerum amorem moneat, et accedant. *Diſtaru* contra fu-
 tiliam et inaniu sic tædium diſsuadentes. Hæus hæus,
 omnium reru vicifſitudo eſt. **FLA:** Verum nempe
 eſt quod ais. at ego non dum ad iſta vltro aſpiro, quin
 mihi etiam nu arriſcet Aula, & aulica omnia. Nam
 licet aliquot moleſtis, que palatino coniectui inſunt,
 vellem interdum ruſtico hoc otio mederi, et hac cauſa
 placet hic aliquantiſper immorari, ea tamen lege pla-
 cet, dum mihi ſit integru, quoties inuabit, aulam re-
 petere. Philoſophiam enim, aut monachophiliam iſta
 quam nec laudo, nec (ut veru fatear) opto. **BLE:** Si
 ſic ſentis, ut ais, nec qualis ſit hic locus noſtri, nec qua-
 tum commodi ab eo poſſes corradere, ſi quidem in mu-
 danis caducisq; rebus uſq; a deo cæcutis, ut no memine-
 ris humana omnia, ut ait Sapiens, eſſe vanitatem
 & ſpiritus afflictionem, Tam potentem foelicem ac ſu-
 perbam conditionem, q; humilem ac deiectam, Cum
 foelici amittendi metus immineat, in foelici vero dura
 deſperatio proſperiora unq; capeſſendi. Qua ſi ſunt
 qui laborant (et ſunt q; plurimi) abſumuntur hiſce
 Iob verbis utramq; fortunam ſat experti. קַיִן
 לִי כִּי יָרַח בְּרַחֲמֵי רַגְזִי טוֹבָה
 Dies meine

lociores transierunt cursore. fugerunt, nec viderunt bo-
num: FLA. Dixi iam mea Blesilla nec curare me is-
tius modi, nec curaturam unquam. Tute tibi isthec habeto.
Si doles quod non ex sententia ceserint que exoptabas,
unde saepe provenit mundi despectus, merito vitam pre-
elegis obscuram, et priuatam. Istam tu lauda, quod elegeris,
et preelice, quando electam comendare cogoris. Ego
vero nondum in publica viuendi conditione reprobum
quidquam video, quamobrem ipsam odio habeam: in antea
illa nostra presertim, quae si qua sunt mortalibus expe-
tanda, ijs omnibus abundat proculdubio. puta disertorum
consuetudine ac benenola familiaritate. cocinno corporis ha-
bitu, et habitudinis quadam dignitate. libera etiam di-
cendi que placet, audacia. Qua ad omnia quae tumuis
difficilia, et supra humanum captum possint aspirare qui
volent, omniaque assequi, si ad ea semel animum appulerit.
Quod si mihi obijcis Principum difficilem et morosam
seruitutem, memineris hanc Palatine felicitatis pri-
ma esse partem, strenuos nempe animos Summis et
Inclytis subdi, atque suapte natura benignis ac potenti-
bus, qui soli possint beatos reddere subditos, et infelices,
atque hos suspicere, contemplari, ac omnibus horis

illoꝝ diuino aspectu frui, a summo Maximoq; rerum
 opifice Principibus solis concessio, elegantiore ac præ
 alijs Splendidiore. Frui quoq; ipsorum viuacissimis in
 genijs, ab ipso vite limine asuetis digna præmia bonis
 tribuere, atq; ediuerso nefanda maloz facinora aut
 Terroribus aut supplicijs, vt par est, corripere. Quia post
inde fessos laboribus animos soleant et honoribus, et am
 plissimis redditibus benemeritos subditos ad dignitatis
 culmen euehere, ac Tales tantosq; reip. exhibere, ut eo
 rum posteri in clyti, ac cõspicui ubiuis gentium ef
 fulgeant. Tandem, cum Regum corda in manu Dei
 sint, vt testatur scriptura, oportet omnino credere, bo
 na, que Principes suis elargiantur, longe omnibus alijs
 esse meliora. Mala vero, quibus punire statuãt, ius
 ta omnino esse et per quã necessaria, siue ad cõponẽ
 dos mores, siue, vt malorum tempestate transacta,
 vbi tranquillior vite status refulserit, dulciorem illa
 reddant ac suauiore, iuxta Mantuanũ vatem.
 Forsan et hæc olim meminisse iuuabit. Labitur præ
 terea in aula Tempus absq; radio, quod nõ parui
 momenti esse iudico. Nam quamuis aulicam vitam, qui
 sunt eius expertes, otiosam esse iudicent, falluntur prorsus,
 falluntur.

falluntur. in vestium enim inuentis, inq; ornatus cocin-
 nitate, atq; in dolandis lepidis et sale conditis verbis, quib-
 bus vel viris placeant foemine, vel rursus foeminis vi-
 ri, vel vilipendat illos: qui no ex tempore ad oblatos
 sibi sales ingeniose respondere norint, insumitur sic lon-
 gum temporis curriculum, vt initiu cu fine unius an-
 ni idem ferme sit. Præterea assiduū Principibus place-
 di, atq; apud ipsos vel favorem, vel dignitatem mira ar-
 te ambiendi studium, nam hoc no annos modo, sed vi-
 tam pene omnem breuiusculam a deo reddit, vt vix
 sentias, dum sensu abit. Id quod vilipendendum mi-
 nime censeo. quoniam dies mali sunt, vt ^{Paulus} ~~Propheta~~
 ait. **BLE:** Letor maxime mea in quod tam amplu
 argumentu mihi istis falsis opinionibus præbeas, quo-
 te illis misere implicitam expediam, ac luce clarius
 ostendam istorum omnium inane esse finem ac suorum.
 cu alioqui, ita me Deus amet, vt tuarq; miseru est
 fortunaru, veritam, ne in immedicabilia damna, ab
 hoc humanarq; reru amore prouenire solita, præceptis
 incidas. Solatur me tamen quedam animo tuo in-
 nata in dolens, vbi mi fallor suu sibi locu inueniet
 (quoties decebit) innicta veritas. In animo est igitur

de. ijs omnibus agere: quæ tu toto mixtu approbas.
 Et quâvis admodum difficile videatur, vel validissi-
 mis rationibus ista apud te improbare statsetentia. Et
 cum tota in ijs comendandis fueris, discutere tamen
 omnes aulicæ felicitatis partes, an digne sint isthac
 felicitatis nomine. Atq; in primis sit ne Principi
 (ut tu asseris) seruitus suavior, et dulcis gratia, ac mel-
 liflua consuetudo, questuosa dona, magniq; honores præ-
 tij, sint ne hæc idoneæ rationes, quibus aulicam vitam
 amare debeas, eamq; omnibus alijs longe præstantiore
 credere. Nec, si potero, præteream alia omnia pa-
 latina munia, palato tuo adeo dulcia, ut reliqua pi-
 lifacienda et sentias, & asseras. Ergo (ut ad rem iam
 deveniamus) ostendas mihi oportet, istine Principes,
 quibus in seruis (ut deceat strenuos ijs subesse animos)
 sint ne undiq; muniti illis omnibus: quæ in vero
 Principe Divinus ille Plato atq; Pythagoras exopt-
 ant, necnò alij innumeri philosophi, demde, ut pro-
 bes, opus est, illos, et iam si tales sint, quales sapi-
 entes depingunt, nò esse obnoxios Davidico illi elo-
 gio. תַּעֲזַב דָּוִד הַיְהוָה יְשׁוּב לְאָרְצוֹ כִּי־עַם הָהָא
 עָשׂוּתָיו עָשׂוּתָיו. Exibit Spiritus
 eius.

eius, & revertetur in Terram suam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Unde et falsa Principum sunt bona, quonia momentanea, et insuavia, quonia falsa, ac rursus eorum mala non timenda, quoniam sapissime iniusta. FLA: Sententiam Matris Blesilla laudando, ac istam rationem confutandi. Nam cum Principes quales esse deceat Philosophorum dictis (ut polliceris) monstraveris, meos obiter comendabis: quos ad unquam (ut aiunt) esse factos, atque insolubili virtutum catena consumatos iam pridem experta sum. Hinc erit, ut ipsi tuis rationibus te revincant, cum exquisitissimum tu ipsa ostendas talibus dare opera, ac si oportuerit, ipsorum obsequijs vitam devovere. Nam nihil ad rem facit finis iste felicitatis, quem tu minaris, cum et nos, nostraque omnia finibus subiacent, atque interdum, cum Salomone permittat hisce bonis nos frui, donumque Dei id esse sentiat. Sunt etiam alia, que vitam aulicam reddunt suaviori, de quibus si libere egeris, tu te illa omnibus expetenda fatebere. BLE: Experiar nempe hoc, et provinciam, quamvis dura liberis aggrediar, quod palmam absque dubio post conflictum sperem. Quoniam tamen de Varijs rebus

sumus acture, no ab re fore existimo dialogu nostru
 in aliquot diez atq horaru spatia dividere, cum ut
 melius ac latius de unaquapia illaz possimus agere,
 Tum etiam, ut ingeniu nostru vires denno, aliquatula
 intermissione data, resumat, quibus ulterius progredi
 valeat, praesertim, cum nulla in re hoc rusticanu,
 otiu detur insumere, nec a palatinis molestijs incu-
 dms feriari, atq huiusmodi disceptatione. Hodie
 itaq de Principibus tantu (si per te licebit) agemus,
 cras vero ac perendie, ut sese tulerit occasio, de alijs
 amicis munijs: -

PRIMVS DIES. id est.

Colloquij Pars Prima de Principibus, qua-
 les esse debeant, qualesq nunc sint.

Primu itaq Diuinus ille Plato Republice a se for-
 mate veros Principes sic monet, prudentes ut sint
 πάντα ποιούσι τοῖς ἐμῶν ἔθροισιν ἀρχουσιν οὐκ ἐστὶν ἀμάρ-
 τημα μέγιστον ἂν ἐν μέγα θυλάτῃσι τὸ μετὰ νόου
 καὶ τέχνης δικαιότατον αἰεὶ διανεμόντες, τοῖς ἐν
 τῇ πόλει σώζοντες αὐτοὺς οἰοί τε ὡσι, καὶ ἀμείνους
 ἐκ χηρόνων ἀποτελεῖν, κατὰ τὸ δυνατόν. i.

quod

Quod si fuerint prudentes, nunquam delinquant, quandam
 unum hoc potissimum servant, ut mentem, et artem quod
 æquissimum est civibus distribuentes, tueri eos valeant,
 melioresque ex deterioribus, quo ad fieri possit, efficere. Nec
 immerito, cum Prudentia sit appetendarum, et vitandarum
 scientia, quæ tribus alijs virtutibus connectitur, fortitudine
 scilicet, qua omnia incommoda contemnimus, et temperantia,
 quæ est affectio coercens, et cohibens appetitum ab ijs rebus, quæ
 turpiter appetuntur, ac iustitia, qua sua cuique tribuuntur.
 Quibus virtutibus stipati Principes, quando sunt mutuo
 connexæ, erunt vere prudentes, ex Platonis Sententia,
 et tunc omnia sibi ipsis primum conducibilia, deinde sub-
 ditis comoda facient. Nam Regibus est peius multo, quam
 servientibus re vera, quia isti singulos, illi uniuersos
 timent, ut sentit Seneca. Pythagoras vero affirmat quod
 Δεί δὲ τὸν ἀλαθινὸν ἄρχοντα μὴ μόνον ἐπιστάμονα
 τὴν καὶ δυνατὸν ἢ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ καλῶς ἄρχεν, ἀλλὰ καὶ
 φιλανθρώπως. ἀποπορ, γὰρ ἢ μὴν ποιμένα μισοπρό-
 βατον, καὶ ποιόντων οἶον καὶ δυσμενῶς ἔχειν τοῦ αὐτοῦ
 θρεμμάτων, δεῖ δ' αὐτὸν καὶ νομίμον ἢ μεν, οὕτω γὰρ
 ἐρεῖται τὸν τὸν ἄρχοντος ἐπισταστικῶν ἔχων, διὰ μὴν
 γὰρ ἐπιστήμας κρίνεν ὀρθῶς δυνασείῃται, διὰ δὲ τῆς

ἡνωμένως καλεῖται, διὰ δὲ τῶν χρηστότητος ἔδωκε
 τῶν, διὰ δὲ τῶν νόμων ἔστι ποτὶ τὴν λόγον πάντων τῶν
 τα ποιεῖν. ἀριστος δὲ κτλ ἀρχὴν ὁ ἀρχοτάτω νόμῳ. ὅτι
 δὲ κτλ, ὁ μὴδὲν αὐτῷ ἐνεργῶς ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑπᾶν
 τῶν. (latine sic) Oportet verū Principem nō recte tantū
 imperare scire, ac posse, sed etiam humaniter. Turpe
 enim fuerit Pastorem oues odisse, ac pecori in sensū
 esse, quin etiam legitimus esse debet, sic enim Princi
 pis dignitatem habebit. Optimus autem erit Princeps,
 qui diuinissima utetur lege, qualis fuerit, qui nil
 sui gratiā facit, sed cuncta propter subditos. Hac
 ego nempe omnia vereor ne istis tuis Monarchis mea
 Flaminia, desint, quos veluti numina cohis falso hono
 ris ac dignitatis amore, sic hallucinata:—

FLAMINIA, Absit. quin luce clarius posse expe
 rivis (si semel hisce inservirent ipsa) eos sane esse, qui diuina
 ista de perfecto Principe præcepta ad amissin sectentur,
 quiq; nihilo secius ab illo ISOCRATE laudari prome
 reantur (si nunc viveret) quam suus ille Euaگو
 ras. de quo sic ait. Οὕτω θεοφιλιῶς καὶ φιλαρ
 θρώπως διώκετ τὴν πόλιν, ὡς τε τοὺς αἰθιοπικῶν,
 μὴ μᾶλλον εὐαγόραν τῆς ἀρχῆς Ζηλοῦν, ἢ τοὺς ἀρχο
 μένῃ

μηδρους της υδ'ιδου βασιλεας, απαντα γ' εν
 χρονον διετελεσεν ουδενα μηδ' αδικων, τους δε χρο-
 νους Τριων, η σθόδρα μηδ' απαντων αρχων, νομι-
 μως δε ταυς εξαμαρτανοντας ηελαζων. Id est.
 Quod adeo pie et humaniter Romae gubernabat, ut
 aduenientes no tam ipsu Luagoram imperij causa
 beatu existimarent, qua subditos, qui talis impe-
 rio vvi parereant. Aetatem enim omnem ita per-
 egit aequissime, ut neminem laederet, bonos autem
 honoraret, omnibus quidem sedulo imperans, legiti-
 me vero malos puniens. Σεμνος εν ου ταυς του
 προσωπου σωαγογαι, αλλα ταυς του βιδακατα-
 κευαις, ουδε προς εν' απαντως, ουδε' αρομαλος δια-
 κειμενος. id est. Gravis existens, no vultus contrac-
 tione, sed vitae institutione, nulla prorsus in re in-
 ordinate, seu immoderate se gerens. **BLESILLA**
 Si sic res haberet, ut dicis, bene esset, At nescio quid
 audio, cum Solomone susurrantes quosda Principu
 hac aetate clientes, ni tibi forte felicius atq' ipsis
 עֲבַתִּי אֲנִי וְאַרְאָה אֶת כָּל הָעֲשָׂקִים אֲשֶׁר
 נַעֲשִׂים תְּהִיָּה שְׂמֵשׁ וְהִנֵּה דְמַעַת הָעֵשׂ
 קִים וְאֵין לָהֶם מְנַהֵם דְּמִיד עֲשָׂקִיהֶם כִּי

וְאֵיךְ יָהֵם מִנֶּהֱם *Id est; Verti me ad alia, et*
vidi calumnias, que sub sole geruntur, et lachrymas
innocentium, et neminem consolatore, nec posse resistere
eorum violentia cunctorum auxilio destitutas, quasi a Pri-
cipibus hoc malum prodeat, quando Principi dicitur
inter grecos. Τὴν σε αὐτὸ σωφροσύνην ὁράδῃμα
τοῖς ἄλλοις καθίστη μνώσκωρ ὅτι τῷ τοῖς πόλεως
ὄλης ἢ θος ὁμοιούται τοῖς ἀρχουσι. i. Tuam ipsius
modestiam ceteris exemplar constitue, cognoscens uni-
uersos ciuitatis mores Principum moribus similes
evadere, et merito quidem. non enim esset qui mise-
ros atq; inopes malis auderet afficere; ni ansam il-
li præberet Principum vindictæ voluptas, et erga
sibi charos atq; adulatores blanda licentia. Quid,
et rursus quod alios decantantes sentio verba illa
IOB, *sen verius q; sapissime deplorantes. Vita et*
clementia Regis quasi imber serotinus, et sicut Le-
onis fremitus, ita et Regis ira, ac sicut ros super
herbam, ita et hilaritas eius, nec alio remedio du-
ram Principum seruitutem demulcentes, quâ illis
Sapientia verbis. Οὐκ ἴσως ἢ Ταχίως ἐπίσησεται
ὑμῶν ὅτι κρείσσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσι
γίνεται

γινέσθαι. ο γὰρ ἐλάχιστος συγγνωστός ἐστι εἰσους, δυνατός
 τοὶ δὲ δυνατῶς αἰταδιόσονται, οὐ γὰρ ὑποσελεῖται
 τὰ πρόσωπον ὁ πάντων δευσιότις, οὐδὲ ἐνθάδε
 πῆσθαι μέγεθος, ὅτι μικρὸν ἢ μέγαν αὐτὸς
 ἐπιείκειται, τοῖς δὲ κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐθέσασθαι
 ἐρέσεται. 1. Horrende cito apparebit vobis, quo-
 niam iudicium durissimū in eos: qui præsunt, fi-
 et, Exiguo enim conceditur misericordia, poten-
 tes autem potenter tormenta patient. non enim
 subtrahet personā cuiusq; Deus, qui est omnium
 Dominator, nec verebitur cuiusq; magnitudinem,
 Quoniam pusillū, et magnū ipse fecit, & aequa-
 liter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem
 fortior instat cruciatio. Quod si tales erga subditos
 se gererent Principes, quales tu Flaminia depin-
 gis, nec tam diu in ipsos imprecarentur subditi,
 nec tam innumeros videres mortem potius, et quid-
 nis supplicij, q̄ vitam exoptare. **FLAMIN:**
 Fateor Blesilla. opus tamen est nosse de quibus Prin-
 cipibus cōquerantur cives, & meritone conquerrantur
 an immerito? Nam iuxta eundem Solomonem
 id est. voluntas Regum קַיִם שׁוֹמְרֵי מִצְוֹת

labia iusta, qui recte צדק ודבר ישר ים ראהב
 ta loquitur diligetur. et rursus כבוד יושב על כפא
 id est. Rex: qui sedet in solio Iudicij, dissipat ריק
 omne malum intuitu suo מזרה בעיניו פלרע
 Unde qui mali sunt, cum a Principum conspectu ar-
 centur, vel malorum conscientia, vel supplicij metu, in-
 querimonias prorumpunt, et Principes incusant, qua-
 si suae infelicitatis auctores, ut seipsos culpa liberent,
 oblitum illius veridici Sapientis praeconii. Misericordia
 et veritas custodiunt Regem, et roboratur clementia,
 thronus eius. Deinde cum omnes hominum labores et
 industria pateant proximorum invidia, et in hoc sit
 cura summa, ut idem ait, Cum primum quosdam
 Regibus gratos vel morum honestate, vel sanguinis
 splendore conspexerint, seu bonarum artium peritia,
 cum quibus quae gerenda sunt communicent, inquit
 illud Socraticum, Δίδου παρρησίαν τοῖς βουλομένοι-
 σιν, ἵνα εἴη ὡς ἀρ ἀμειψόμενοι, ἔχουστές ἐσιδοντι
 maioritas. 1. Viris prudentibus loquendi libertatem
 concede, uti de quibus dubitaueris, habeas qui tecum
 consultant. Hosce Reges inuidi illi iniquos praedi-
 cant, et sapientes Regibus charos comitibus insectantur,
 falsa,

falsa in illos machinati, quibus Regum gratia (si possint) decidere faciāt, quod si id nequeant technis efficere, Principes iniquos esse exclamāt. Nec dubito quin sint aliqui Principes, quorum vel in curia, vel neglectus, vel imperij amplitudo sit subditis infensa, et calamitosa. Non tamē de eorum sunt numero hi, quibus iam a pueritia inservio, quosq; longo temporis curriculo, ac rerū varietate experta sum. Quaeq; possum verius multa Testimoniū proferre, q̄ in mea Blesilla, quae cum absis, ma etiam monachophilia contenta, ipsos infensos habes, atq; inuisos. Unde est qd̄ de ijs sinistre atq; inique iudicas. Ego certe de mea loquor Principe, de qua una illud Isocratis certocertius affirmare ausim, Φοβερός ὢν πολὺ χαλεπαίνων, ἀλλὰ τῷ πολὺ τῶν ἄλλων ὑπερβαλλόν ἢ γούρνος τῶν ἡδονῶν ἀλλοῦκ' ἀγούρνος ὑπάρχει. Ὅπως δὲ οὐδὲν παραλείπων ὢν προσεῖναι τοῖς βασιλεύσι πρέπει, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας ἐκμεγούρνος ἢ βέντισον, ἢ δημοτικὸς μὲν ὢν τῆ τοῦ πλῆθους θεραπεία, πολιτικὸς δὲ τῆ τῆς πόλεως διοίκησι, στρατηγικὸς δὲ τῆ πρὸς τοὺς κενδρῖους ἐμβουλία, ἡραυικὸς δὲ τῷ πᾶσι τοῦτοι διαφέρειν. 1. Quod Terribilis existit, non

quod indignetur multis, sed quia praeter ceteris plurimum
 excellit. Voluptatum dominus, non servus earum, nihil
 eorum negligens, quae sua praesentia Regem ornent, verum
 est qualibet polita optima quaeque diligens. popularis vul-
 gus demerendo. civilis Reip. administratione. impera-
 torius in periculis bene consulendo, denique Tyranni-
 cus. i. vere Regius omnes iam enumeratos vincendo.
 Quiaque verissimos eos honores esse existimat, non qui
 inproposito sibi cum civium timore deferuntur, sed quos
 subditi apud se soli, mentem Regis, potiusque fortunam
 se cum admirati, eidem tribuunt. Huiusmodi sane
 Rex Mysionij consilio non indigebit, quo Syriae Re-
 gem sic monebat, Μη οἶον (ἐφκ) ἄλλω τινὶ μάλλον
 προσήκον φιλοσοφῆν, ἢ σοὶ μηδ' ἄλλου τοῦ χάριν μά-
 λον, ἢ ὅτι βασιλεὺς τυχεῖται ἰών. δεῖ μὲν γὰρ διδο-
 δῶσθαι τὸν βασιλέα σωζόν ανθρώπους, καὶ ἐνεργεῖν
 τὸν δεῖ σωζόντα καὶ ἐνεργετήσαντα, καὶ ἐπίσταθαι
 τί μὲν ἀγαθὸν ἀνθρώπων, τί δὲ κακόν, καὶ ἡμεῖς ὠφέ-
 λημον, τί δὲ βλαβερόν καὶ συμφέρον καὶ ἀσύμφο-
 ρον, τούτο δὲ ἄλλου τοῦ διαγινώσκον, ἢ τοῦ φιλο-
 σοφου ἐστὶν ὅς αὐτὸ τούτο διατέλει πραγματευ-
 ὀμήνος, ὅπως μὴδὲ ἐν τούτων ἀγνοήσῃ. Τί φέρει
 εἰς

εἰς

ἄρως ἀνθρώπων βούλουμαι. Hoc est, Ne tibi per-
 suadeas cuique esse magis, quam tibi philosophandum, nec id
 aliam ob causam magis, quam quia Rex es. Est enim
 Regis posse homines conservare, beneficijs afficere. Id
 autem qui sit facturum, scire opus est quid homini bo-
 num, quidne malum sit, quid in uterque, quidne obsit,
 quid utile, quidne inutile. Hoc autem non est alte-
 rius discernere quam philosophi, quippe qui in eo ipso
 assidue versatur, ut precipiat quidquid ad hominis
 felicitatem pertinet. Meus vero Princeps philosophus
 est, et natura, et arte philosophiam colit, ac philo-
 sophie sequaces fovet. Scit hac duce voluptatem,
 et avaritiam vincere, ac frugalitatem diligere. scit,
 verecundiam servare, Iniquamque compescere, et modum
 atque ordinem et elegantiam cum honestate preferre.
 Quae omnia illum mihi, alijsque omnibus amabilem
 reddunt. Meminit praeterea iuxta Agathonem,
 ὅτι ἀνθρώπων ἀρχὴν δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους
 ἀρχὴν, τρίτον ὅτι οὐκ αἰεὶ ἀρχὴν. 1. Primum quod imper-
 vet hominibus. deinde quod secundum leges, Tertio
 quod non semper imperet. Tandem τοῖς μὲν δικαί-
 οῖς ἐνδίκως, τοῖς δὲ καὶ κακῶς ἀντιπραγμασίως, το

Aequus natura virtus. i. Justis quidem aequus, et ius-
 tus est, malis vero, omnium maximus hostis in
 Terra. Juxta Euripidem. Quae omnia, ut solent saepe
 numero malorum animos offendere, quod dis-
 similes sint suis moribus, ut iam dixi, Ita bonorum
 ingenia ad sequendos Principes mouent, cum
 Solomonem audiatur dicentem יהוה אלהינו
 Latine sic: וְיִרְאֵהוּ עַם שׁוֹנִים אֶל הָהָר עַרְבֹכ.
 + Time Dominum fili mi, et Regem, et cum detracto-
 ribus non commiscearis BLESILLA, Rem Teneo,
 et Principis tui, laudes admiror [si vera sunt.] Sed iterum
 mordet animum, idem Solomo, cum ait, Quando sederis
 ut comedas cum Principe, diligenter attende quae posi-
 ta sunt ante faciem tuam, et cultrum Statuae in guttu-
 re tuo, Si tamen habes in potestate animam tuam, ne
 desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. In
 quibus patet, non esse eorum foelicitatem securam, qui
 Principes ambiunt, quod non fida sit, nec optanda
 quodam impietati sit commixta. Id quod etiam con-
 firmat Ecclesiasticus, Οὐ μὴ ζητεῖς θανάτου προῖου ἡγε-
 μονίας, μηδὲ θανάτου βασιλέως, καθὼς παρ δόξῃς, id est
 Noli querere a domino ducatum, nec a Rege cathedra
 honoris

honoris

DE PRINCIPIBVS

honoris. Quare sodes! nisi quod periculosu & incertu esse
 indicet, haec a Principibus captare. Unde mihi videt
 multo tutius illu solum sequi, & illi soli inservire,
 qui teste Job, מִדְּסַר מִיָּכִים פָּתַח וַיֵּא כֹד אֶזְזֹר,
 בְּמַתְנֵיהֶם מִפִּיר שַׁפָּה לְנַא מְנִים וְטַעַם זָקֵן
 יִם יָקָה פְּרַעִים. Balthes Regum dissoluit, & praecin-
 git fune venes eor, & Effundit despectione super Pri-
 cipes, & eos qui oppressi fuerat, releuat. Et cu eodem
 Job dicere toto pectore, Quis mihi tribuat, vt cog-
 nosca, et inuenia Deum, & veniam usq, ad solium
 eius? Si ad Orientem iero, no apparet, si ad Occide-
 tem, no intelligam eu, si ad sinistra, quid agam?
 no apprehendam eu, si me verta ad dexteram, no vi-
 debo illu. Ipse vero scit viam mea, & probabit me
 quasi aurum, quod igne examinatur. Credentes Sapi-
 entis sententia esse vera

רָאָה תְּהֵא הַיָּשׁוּשׁ
 כִּי לֹא לְקָלִים הַמְרוֹץ וְלֹא לְגִבּוֹרִים הַמְלַחֵמָה
 וְגַם לֹא לְהַכְמִים לְהֵם וְגַם לְנַבְנִים עֹשֵׂר וְגַם לֹא
 וִידֵעִים הֵנּוּ כִּי עֵת וּפְגַע אֶת כָּלֵם
 nec velociu esse cursu, nec fortiu bellu, nec sapientiu,
 pane, nec doctoru diuitias, nec artificiu gratia, sed tem-
 pus casuq, in omnibus dominari. FLAMINIA

Esto! Memineris tamen quod et idem IOB ait regna-
 re facit Deus hominem hypocritam, propter peccata popu-
 li, flagellat igitur Deus Populos, per iniquum Regem,
 ut de Hunor seu Vandalor Tyranno constat: qui in
 vexillis hunc Utulu circum ferebat. Attila flagellum
 Dei, ergo et bono ac pio Rege populos fouet, iubet que
 discamus in Regu obsequio Deo sincere et fideliter
 inservire. Nam in humilitate tua Patientia habe,
 (ait ille) quoniam in igne probatur aurum, et argentum:
 homines vero receptibiles in camino humiliationis.
 Atque in hanc sententiam inquit Paulus, Omnis ani-
 ma sublimioribus potestatibus subdita sit. Unde
 non reprobandum esse illud sentio, quod ab his serio
 approbatur. Nam si Tu mea Blesilla dicas multa
 inesse Principu seruituti nefanda, ac vix tolera-
 bilia, aduersu Teipsam loqueris, que pretefers ma-
 suetudine ac patientia, quaeque suis, qua necessaria
 sit Christiano pectori haec virtus, Juxta tuu Hie-
 ronymu. Inde gloriosi testes afficiuntur, du fide
 pleni, ac du filij spei duce patientia, reperiuntur.
 Na sanctus amor, impatientia no habet, et ma su-
 etudo, nulla passione turbatur, et specialiter ira
 ac furor

ac furore nō rūpētur. Quā qui habuerit, beatitudine
consequetur, voce Domini promissam, sic. Beati estis,
cum maledixerint vos homines, et persecuti vos
fuerint, et dixerint omne malū aduersū vos. Qua-
si dicat quod nō qui patitur, sed qui facit iniuri-
am, miser est. Nec impune quidem. Nā si habes
Principem durū, ac difficissem, et illi, fideliter seruis,
ac patienter fers illius iniquitate, coronaberis pos-
tea. si habes amulos, qui inuidia lūore te dilace-
rent, et falso te calumniētur in Principis Tui co-
spectu, et sustines, Ipsa clamabit inuicta veritas:
& ipsa te laebitur, ac incolumē Tandē te, ad se-
curū portū perducet. Quā s'āpissime vim patitur,
sed nūq̄ extinguitur. Itaq; sola patientia ducet
omnia vires. Quā teste Tertulliano, fidem mu-
nit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, atque
humilitatem instruit, penitentia expectat, carne
regit, et Spiritū seruat, linguā frenat, manū conti-
net, Tentationes inculcat, et scandala pellit, pau-
perem consolatur, et diuitem temperat, infirmū nō
extendit, valentem nō consumit. Tandem seruū
domina, dominū Deo comendat. Atq; hic Tertulli-

annus ponit seruoꝝ patientia erga dominos, quasi pati-
 entia. summam ac compendiu, quod nullus sit pu-
 rior ignis, ad probandos mortaliu animos, & seruitu,
 qua snapte natura, omnibus solet esse infensa, na
 ad libertatem anhelamus omnes, quo aduini.

BLESILLA, Falleris mea Tu, qua de patientia
 sic agas, ac illam in Principu seruitute, locu habere,
 fingis. cecutis sane, Effigiem naq, habituq, patientia
 si audieris, et locu vbi habitet, Tu Teipsam cofun-
 des. Nam vultus illi tranquillus & placidus est
 secu du eundem Tertullianu, frons pura, nulla ma-
 roris aut irae rugositate cōtracta, atq, remissa aequa
 in latu modu supercilia, oculis humilitate, no in
 felicitate deiectis, os taciturnitatis honore signatu,
 & color, qualis securis & innoxys, Et motus freques
 capitis in diabolu & minax risus, amictus circum-
 pectora candidus, & corpori impressus, vt qui nec
 inflatur, nec inquietatur. Hac est vera patientia.
 Quam Tu ante fingis, no vera est, nec ex animo, sed
 coacta, vel praemioru spe, vel metu amittendi, qua
 seruitute ac labore sunt parata, seu potius nequa
 de Principu insolentia & impietate in vos nostis,

patefa

patefaciatis, unde vel despectus in vos emanet inmi-
 dorum, vel de incommodis gaudium. Sed et autem (quae
 vera est patientia) in Throno Spiritus eius man-
 suetissimi et mitissimi, qui non turbine glomeratur,
 nec nubilo linet, sed est tenere serenitatis apertus,
 et simplex: quem Tertio vidit Helias, non in Prin-
 cipium atris, ubi ardet impatientiae flamma inex-
 tinguibilis (ut scis). Sed ubi Deus, ibi quoque pa-
 tientia est, eius alumna et ab hoc loco, vires suas ex-
 tendit inuictas, inuictosque reddit illius sequa-
 ces. Huius enim robore, scaturit Esaias, et de Domino
 non Tacet, lapidatur Stephanus, et veniam postulat
 suis hostibus. Et Iob, reclusis omnibus iaculis Tentatio-
 num, lorica chypeoque patientia, et integritate corpo-
 ris a Deo recuperat, et quae amiserat conduplicata pos-
 sidet, et si filios quoque restitui vellet (ut inquit Ter-
 tullianus) pater iterum vocaretur, Sed manulit in illo
 die, reddi sibi tantum gaudij, et sustinet voluntariam
 orbitatem, ne sine aliqua patientia viuat. Quae pa-
 tientia, ut dixi, apud Deum solum habitare potest. Quo-
 niam solus Deus, vlti est sat idoncus. Apud quem, si ini-
 iuriam deposueris, vltor est, aut si damnum, restitutor,

si dolore, medicus, tandem si mortem, resuscitator es.
 Deniq; soli isti patientia licet, ut deū habeat de-
 bitorem. De hac vero tua ficta, quid tuais Flami-
 nia? potes ne mihi abnegare, quod qui Regibus ser-
 uiūt, patientia omnino in expertes sint? eū omnes
 raptu vniat, alijs dona, ac redditus (si possint) sur-
 ripientes sin autem, inuidia fremitu, alios dilia-
 cerent, nec equo animo ferat quisq; illoꝝ alterius co-
 moda. iniquū iudicās Principem, si nō vnicuiq; illoꝝ
 amplissime cuncta largiatur. Principes vero quales sūt?
 ut in conuictu illoꝝ, a solo habitet patientia? de
 quibus dictū est per Esaiam, **שְׂרֵיף סוּרְרִים**
וְהַבְּרִיגָנִים כִּלּוֹ אֶהָב שְׂחָר וְרָדָף יַעֲלֶם
 = **מַנִּים** 1. Principes infideles omnes diligūt
 munera, sequuntur retributiones. Qui in iectu oculi
 amat, et odio habent, fauent, et perdit, struēt
 destruit, euehit, et praecipitant, quem hodie ho-
 noribus ad astra tollit, cras vel tenuissimo male-
 uoloꝝ susurro in profundū infamia deiciunt. que
 nūc mulcent, modo spernit, et toruo illo aspectu
 ad vindictam sibi a natura dato despiciunt, ac
 enervāt. Quiaq; cum seruis, indigent, vel ad ostentā-
 dam

clam maiestatis amplitudine, vel ad obedienda dignita-
 tis munia istorum industria, verbis ac promissis eos one-
 rant, et inanimi rerum aura inflant. Postea vero cum
 adulatorum caterua (quae Principum undique semper
 latera claudit) aures illis vellicat, promissa illorum eunt
 in auras, ac enanes eunt. Et quamquam isti sunt beneme-
 riti, soli adulescentes videntur, ac res pro suo libitu sta-
 tuunt. Qui sane adulescentes, sapientissimos etiam Reges
 (si aures prebeant) fatuos reddunt, dolatis et fictis
 verbis, illis, de quibus ait Solomo. Simia in throno,
 Rex fatuus, in solio sedens. Et Bernardus. mors tra-
 gosa res est gradus summus, et animus infimus, sedes
 prima, et vita ima, lingua magniloqua, et manus
 otiosa, sermo multus, et fructus nullus, vultus gra-
 vis, et actus levis, ingens auctoritas, et nullas sta-
 bilitas. Quos etiam Principes, idem admonet, in hunc
 modum (istorum cecitatem sat denotans sub Eugenij
 persona) Dele faciem honoris huius, et male colorata
 nitore gloriae, ut nuda, nudum consideres, qui mu-
 dus egressus es de utero matris meae. Non vero
 infubatus, non micis gemmis, aut floridus sericis,
 aut coronatus pernis, aut suffarci natus metal-

his. Nam si cuncta haec, veluti nubes quasdam matutinae
 males, velociter transientes, et cito pertransituras, dis-
 sipes, et exuffles a facie considerationis tuae, accurret
 tibi homo nudus, et pauper et miser, Homo soles,
 quod homo sit, Erubescens, quod nudus sit, Pla-
 rans, quod natus sit. Murmurans, quod sit, Quae
 omnia, Principes non solum non vident mea Flami-
 nia, (vana Status ac dignitatis aura tumetes)
 Sed quae ex Bernardo recensui prorsus obliti,
 quas in subditos non exercent furias? quibus
 Terroribus parent cum indignantur? qualiter
 se, ut deos voluit, et moluntur ab omnibus aliis
 et suspici? Quid rursus non credit in miserorum
 perniciem? Proni omnes ad credendum iuxta eum-
 dem Authorem, cuius sunt verba haec, Est nitium,
 cuius si te immune sentis, inter eos omnes quos
 novi, ex his qui thronum ascendunt, sedebis so-
 lus. Facilitas scilicet credulitatis, cuius calli-
 disime vulpeculae magnorum comperi neminem
 satis canisse versutias. Ex quo sane vitio sub-
 oriuntur Principibus ipsis, pro re etiam leuissi-
 ma irae multae, et innocentum freques addic-
 tio,

tio atq; præiudicia in absentes. Hi certe sunt Duces
 vestri, Qui Regibus datis operam Flaminiâ, sci-
 licet ipsi ceci, Ducesq; cecorû. Ceci illi, quod sua
 fragilitatis immemores, vos falsa honoris spe deci-
 piunt, cû verû honore minime possit alijs elargi-
 ri, qui momentaneus est, et momentaneo gaudet
 honore. Vos quoq; ceci estis, quando vitam, illis
 vouetis, qui nec vitam habent, eo quod illam habe-
 ant alterius arbitrio obnoxiam. Quibus ducibus,
 (dû ad magnarû rerû amplitudine aspirare vos
 creditis) media in via deficitis: quoniã deest ver-
 itinevis Dux, et pergitis per inini, hoc est per su-
 perbiæ tramitem, modûq; exceditis in omnibus.
 Ad quod, vehementer improbatur ab illo, (qui ait),
 Tene mediû, si nõ vis perdere modû, Propterea naq;
 omne extramodû habitationem, sapiens, exiliû pu-
 tat: longa, quod ultramodû sit, lata, quod extra,
 Alta, aut ima, quod altera supra alterâ infra
 sit. Longitudo Naq; exterminiu habere solet,
 Dilatatio, scissuram, et altitudo ruinâ, et pro-
 fundû absorptionem. Mediû autem, in quo con-
 sistit, sat scis In Flaminiâ, Virtus, Virtus aut,

cuius pedisse qua est nisi Dei! Deus sensor, ve-
 rus dux est et Princeps, nō isti, quibus miser-
 mis. De quo dicit Esaias, cū eū introducit loque-
 tem. אֲנִי יְהוָה וְאַיִן עִוְד יוֹעֵר אֹד וּבִוְרָא
 אֲנִי יְהוָה עֲשֵׂה עֲלֵינוּ וּבִוְרָא עֲ
 Ego Dominus, et nō est alius, formans lumen, & cre-
 ans Tenebras, faciens pacem, et creans mala. Et
 alio in loco אֲלֵהִי עֲזָלָם יְהוָה בְּוֹרָא קָצוּ
 תְּהָאֲרָץ לֹא יִרְעַף וְלֹא יִגַּע אֵין הַקְדָּלָה
 Et. Deus sempiternus dominus, qui cre-
 auit Terminos Terrę, & nō deficiet, neq; laborabit,
 nec est inuestigatio sapientię eius. qui lasso dat
 virtutem, et his qui nō sunt, fortitudinē, et ro-
 bur multiplicat. De quo et Daniel, Chaldeorū
 idiomate predicat, כְּרֹפֶיָה שֶׁבְּיַד דִּינָר
 גְּלִנְלִזְחֵי נֹר בְּלֶקֶן גְּהַרְדֵי נֹר גְּגִד וְנִפְחָה
 מִן קֶדֶם מִזְחֵי אֶלְפִין שֶׁמֶ שֶׁוֹנֶה וְרִבֵּן
 1. Thronus eius flamma
 ignis, rota eius ignis accensus, ac fluvius igneus
 rapidusq; egrediebatur à facie eius. Milia milliū
 ministrabant ei, et decies centena milliū asside-
 bant illi. Vbi ergo thronus igneus est, omnia
 erunt

erunt purgata igne, et probata. Hic ergo standum est
 et adhuc Thronum mane euigilandum, noctu diuque
 hic assidendum, ubi nil adulterum, aut falsum inue-
 niatur, omnia enim igne sunt examinata. Non
 ad Regum postes, nec ad Primatum limina, e quibus
 non solum animae exitum, sed et corpori pro-
 cedunt haec, Anxietas, et Tristitia, laborat timor, in-
 iuria atque dolus. Quae omnia, exsiccant ossa, et
 aggranant animam. Unde Dominus per Oseam
 Prophetam dicit וְהָיָה כִּי אֶשְׂרֶיךָ אֶשְׂרֶיךָ אֶשְׂרֶיךָ
דָּבֹא לְךָ מֶלֶךְ בְּאַרְצְךָ בְּאַרְצְךָ Dabo tibi Regem, in furore
 meo, et alibi Ipsi regnauerunt, et non ex me, Princi-
 pes extiterunt, et non cognoui. Quasi dicat, hos om-
 nes Regnum nomine iniuria usurpasse, non jure, cum
 solus Deus Rex sit, et dominus. Si autem falso
 sunt reges, quae bona ab illis possunt provenire
 subditis vera? et si in furore Domini sunt da-
 ti ad populorum vindictam? qualiter optabiles
 possunt esse istorum proventus ac redditus?
 Quia potius (ut patet) proventus isti, quorum causa Pri-
 cipibus obsequium impenditis, erunt irae Thesauri, in
 diem irae, iuxta Paulum. Cum vero effuderit Dominus

Super Principes furorē suum (Ut ait Propheta) Prin-
 cipū sequaces, credis, relinquentur irā immunes. No-
 utiq. Incidere autem in manus dei viventis, quā
 horrendū sit, Paulū interroga, ad Hæbreos. **FLAM**^A
 Satis ac satis debachata es in Principes Blesilla, Nūc
 licebit mihi, vel tantillum pernicitā tuam cōfu-
 tare: quando oblongo meo silentio, In tam amplum
 detrahendi campum, es diffusa. Idq. In Bernardi
 verbis. Tres (inquit) sunt, quibus reconciliari debem.
 Homini bus, Angelis, deo, Inter quos, hominē pri-
 mū ponit. ergo si homini primū reconciliari in-
 bemur, qua putas ratione possumus illi verius
 reconciliari, q̄ obsequio? quo cuncta placantur, &
 tractabilia redduntur, vel etiā aspera. In quā se-
 fentiam, dicit Aetherens clamiger. Subijecti esto-
 te omni humanæ creaturæ propter Deū, siue Re-
 gi, quasi Præcellenti, siue Ducibus, Tanquā ab eo
 missis, ad vindictam malefactorū, laudē vero bo-
 norū. Et iterū. Deū timeat, Regem honorificate, ser-
 ui subditi estote in omni timore dominis, nō tā-
 tum bonis & modestis, sed etiā discolis. In quā
 etiā dicit Paulus. Vis nō timere potestate, bo-

nu fac, et habebis laudem ex illa. Quasi dicat. Nos-
 trum esse Principes habere benevolos, seu duros. Nec
 credas mihi mea Blesilla, aliter evenire. du modo pijs
 et modestis Principibus (ut sunt isti mei) inferniatur,
 Nisi quod per subditos stat, quos non blande, nec
 humaniter a Principibus foveantur, et quod ipsorum
 opera prava, eos a Dominorum conspectu (ut jam
 dixi) deterreant. Nam etiam si (ut asseris) Principes
 sint impij, et discholi: si subditi tales essent, quales
 vult et jubet, ut sint, Petrus ac Paulus. Hac impie-
 tas, illis pietatis et meriti argumetu praebet,
 ex Gregorij iudicio. dicentis. Discant laeti ex mi-
 narum asperitate, quod timeant, et audiant tristes,
 praemiorum gaudia, de quibus praesumant. Illis quippe
 dicitur. va vobis, qui ridetis nuc, quonia flebitis
 postea, Istis vero, ab eodem magistro, Iternu videbo
 vos, et gaudebit cor vestru. et gaudiu vestru nunc
 tollet a vobis. Quibus verbis, interminatur illis, qui
 Principu favore gaudent, futurarum penaru metu,
 Ne dulcedine favoris ita capiuntur, ut virtutis
 ac pietatis obliviscantur. Miseros vero, et qui seu
 fortunae impunitate, seu fato, abiecti habent sorte,

Tanta spe felicitatis solatur. Itaque ab eodem fonte pu-
 ta Principum obsequio emanat utrisque commodum. Sunt
 enim saepenumero quia plurimi, qui favoris blandi-
 tie potiusque asperitate corriguntur paena, de quibus
 ait idem Gregorius. Quos, cruciamenta non corrigunt,
 non nunquam ab iniquis actionibus, lenia blandimenta
 coepescunt, quia et plerumque agros, quos fortis pigmeto-
 rum potio, curare non valuit, ad salutem pristina
 tepens aqua reuocavit, et nonnulla vulnere, quae
 curari incisione nequeunt, fomentis olei sanantur.
 Durusque adamas incisionem ferri minime recipit,
 sed leni hircorum sanguine mollescit. Idque verissi-
 mum esse patet, cum sint aliqui, adeo liberali rige-
 mio praediti, ut si Principes sint, quales admo-
 net Pythagoras, ut sint, his verbis, θελει μαλλον τος
 ουνορας ου ανδειαθαι, η υποβειθαι, ανδρι μλι γη
 ποοεσι ουβας, υποβη δε μινος. Videlicet, quod
 magis cupiant, ut conuersantes sibi, se vereantur
 et mutuant. Quia reverentia admiratio, timore
 odium comitetur. Ista Principum modestia, eos a
 omni vitiorum labe abstinere faciat, et perfectos
 se praebere omnibus, dempta aliqua tula ambi-
 tionis

tionis nota, cui deus parcit q̄ sapissime, quod aliorū
 vitiorū sit expultrix, ut testatur Augustinus de Ro-
 manorū imperio tractatū, qui asserit) Romanos pro
 hoc vno vitio, idest amore laudis, pecunie cupi-
 ditatem et multa alia vitia compressisse. Et ideo
 illis solis, a summo verū opifice, esse orbis imperi-
 um concessū. Itaq; isti, qui Principibus sūt
 chari, (de quibus agimus) crebro inter fauores et
 plausū, recipiunt, et intelligūt humana bona
 calamitatis esse solatia, nō autem retributionis
 præmia, et quod aliquando ista dantur idcirco,
 ut ad meliorem vitam pronocent, aliquādo vero, ut
 in æternū damnet. Et sic Principū favore utūt,
 ut aliud horū vitent, aliud vero consequantur.
 Alij autē abiectæ sortis homines, quos latere vi-
 des, et ignotos esse, si a discipulis dominis inuisite
 premuntur, nō illis condolendū esse arbitraris
 (ut superius dixi) Nam de his dicitur, Lampas
 contempta apud cogitationes diuinitum, pacata
 est ad Tempus Statutū. Melius multo cū his
 agitur Olesilla a Principibus, quā cū alijs,
 Nam Oreniscula et momentanea erit istorū

calamitas, ut sentit Job, cum ait **הוֹאֵהָ פַּעַם עָלַי אֶת כָּל אֲשֶׁר עָשִׂיתָ לִּי**
וְעַתָּה אַתָּה עוֹשֶׂה לִּי כָּל אֵלֵּי אֲרָצְיָהּ
וְנָתַתָּה לִּי מַקְרֹב וְשָׂמַתָּה לִּי עֵד וְרָגַעְתָּ לִּי כִּי הָיִיתִי צַדִּיק וְלֹא יָצָא מִי זָרָה וְיָדָעְתָּ
כִּי צַדִּיק כִּי יִזְדָּק לֵילָה idest. Hoc scio à pri-
 cipio, ex quo positus est homo super Terrá quod Sans
 impiorum brevis sit, et gaudiú hypocrite ad instar
 puncti, et si ascenderit usq. ad cælum superbia eius,
 erit velut somnium auolans, et nõ inuenietur, tra-
 sibat sicut visio nocturna; quo, qui in Tempore per-
 secuti fuerat, videbunt. Dúmmodo tamen interim se-
 tales præbeant, ut nõ ipsi calamitatis suæ in cau-
 sa sint, sed Principiú impunitas. Et si meminert,
 quod ait Apostolus, vnusquisq. mercedem accipiet
 secundu laborem, ut laborent inuictis animis, et
 persistant intrepide in calamitatú pugna, usq. ad
 finem, Quicunq. enim iuxta Grægoriú, nescit se
 in hoc positu, ut tentationes per sufferentiam
 vincat, a familiaritate christi recedit, quia in
 bello positus, cu domino suo pugnare recusat.
 pugnare autem iubetur, quia sine victoria coro-
 nari nemo potest. Quod si aduersarius abest, nec
 est.

est que vincat, ideo corona decerit, qua non nisi vincentes capient. Quam ob causa se iactat Apostolus, dicens, Scio humiliari, scio et abundare, ubique in omnibus institutus sum, quod videlicet se talem sciebat exhibere, ut nil damni a seruitute acciperet, nil minus a libertate. Et merito sane, Bonus namque Athleta, non primo ictu deficit, sed in ictus perstat, et quanto fortiores sibi offeruntur, hostes, tanto fortior durat.

BLESILLA Dixisti prohibitu tuo Flaminia, sed me non vicisti, igitur progrediamur ultra, et aliqua tulum de Principum pernicata agamus adhuc, quam tu vel invita, fasa es, dum hanc miseris esse causa futurae felicitatis insinuas (si bene illa uti non erit) Et quaque in Principe tuo hanc pestem non cadere affirmas, nihil ad rem. Faveat tibi, amat te, ac foveat, in gratia nota subires, si culpas in illo offenderes, aut patefaceres, etiam si offenderes. Principes autem quales sunt, Scriptura testatur qua sapissime, quae non mentitur, etiam si ego me dux esse, quae hosce omnes odio habeo (quod artes et insidias illorum sat calleam.) Et Haec, de illis vera praedicat, In primis Isaias ille, nobilis, et Principum,

etiam si inuitus) sectator, cui dicit הוֹי מִשְׁכִּי
 הַעֲוֹן בְּהַבְלֵי הַשָּׁוְא וְכַעֲבוֹת הַעֲגֵלָה
 הַסָּאֵבָה מֵעֲדֵי־קִי וְשַׁע עֵקֶב שֶׁהָד
 וְעֵד קָהּ צֵדִיקֵי יְכֹי יְפִי. Id est: Ve
 qui trahitis iniquitate in funiculis vanitatis, et
 quasi vincula plumbi, peccati, qui iustificatis
 impiis, pro muneribus, et iustitia iusti auferitis
 ab ipso, Nec non et Solomō de illis hoc decantat,
 quæ longū esset recensere. qui tam parvi memeti
 omnia illorū esse bona significat, ut nos admo-
 neant, dicens. Si Spiritus potestatem habentis as-
 cenderit super te, locū Tui ne dimiseris. quasi
 dicat, vanas esse ac futiles a deo Principū res, ut
 nō debeat quisq; sensatus loco moneri ad illas ob-
 tinendas, et ideo subdit. Mel inuenisti, comede qd,
 sufficit tibi, ne forte satiatus enomas illud. omnia
 enim aspirat fauoris aura, a deo inflat vos, ut in
 cœlum ascendere unusquisq; vestrū se credat, ex
 quo fit, ut mobilitate Principū, eleuati in aera,
 in petram allidimur. Sit ne hoc verū an nō, Hi-
 eremiam sciscitare, dicentē, קֵלִי מְהֵרָה יָבֵא
 מִן־שָׁרֵי עֲמִים. Velocius sunt perse-
 cutores

cutores nostri, aqumli celi. Tandem vis videre Fla-
 minia omnino, quod sit Principu sermitus sper-
 menda? Bernardus illis condolet (eni ante condo-
 letur, no desideratur eius fors ne du sermitus).
 Bernardi autem verba citabo, (ne cofixisse me ta-
 lia existimes) arguentis Eugeniu Pontificē Maxi-
 mu, hoc modo, Si doles, condoleo, si non? doleo tamen,
 et maxime, sciens longius a salute absistere me-
 brū, quod obstupuit, et agrū sese no sentientem.
 Vis quoq, videre Principu mentes qualiter ille de-
 primit ad viciū, vt cognoscas quod qui sibi nequa
 est, nemini potest esse bonus? nec utilis? eiusdem
 Bernardi verba audi colloquentis cū eodē Eugenio,
 sic, vercor ne in medijs occupationibus gubernādi, quo-
 niam multae sunt, du diffidis finem, frontem du-
 res, et ita sensim teipsū quodammodo sensu prius
 inuti utilisq, doloris, et ab illis patiare trahi pau-
 latim, quo no vis, Scilicet ad cor durū, quod se-
 ipsū no exhorret, quia no sentit, cor Pharaos, cor,
 quod nec compunctione scinditur, nec pietate mol-
 litur, nec monetur precibus, minis no cedit, fla-
 gellis no duratur, Ingratu est ad beneficia, ad

consilia infidū, ad iudicia sanū, inuincendū ad
 turpia, inhumanū ad humana, Temerariū ad
 diuina, quod praeteritorū obliuiscens, et presen-
 tiū negligens, futura nō providens, praeteritorū
 (praeter solas iniurias) nil omnino nō praeterit, praes-
 entium nihil nō petit, ac futurorū nullam mi-
 si forte ad ulciscendū prospectiōē, seu praep-
 arationē habet. Ad haec enim omnia Trahere
 se habent haec occupationes maledictae, si per-
 gis (ut omnium Principū est) dare te totū illis,
 nil tibi relinques. Audisti Flaminiā, Nūc tu
 ipsa iudica, quod de Principibus recensuere-
 rit sit, an non? si autem de illis iudiciū face-
 re rennis, scito illis deū per Sophoniā, inter-
 minari his verbis, Expecta me dicit dominus,
 in diem resurrectionis meae, in testimoniū, quo-
 niam iudiciū meū est ad congregationes gen-
 tiū, ut excipiam reges, et effundā super eos
 iram meā. Attende etiā quid Seneca, Ethni-
 cus, de illis sentiat, cū dicit. Excelsis multo fa-
 cilius casus nocet, nā fortuna cū blanditur,
 captatum venit, vitrea est, cū splendet fragil-
 lens

Leuis est, cito reposcit quod dedit, Vide quoq; quid
illū doceat dicere Heronis sui impietas. Hoc est,
Si in clientelam Principis veneris, aut veritas, aut
amicitia perdenda est. Et vide qualiter eos despi-
cit, omnes, cū ait. Nil magnū in rebus humanis,
nisi animas, magnos despiciens. Nam vita mise-
ro est longa, felici brevis. Et ut fulmina paucorum
periculo cadūt, omnium metu, sic animaduersio-
nes magnarū potestatum terrent latius q̄ nocet.
Comoda vero ne te impediāt ad recte de illis
iudicandū. Disertū Ambrosiū audi, dicentem.
Potestates huius mundi nos velut de muro ami-
mæ deijcere, vel ad altiora tendentes querūt
deponere, et ad terrena renocare. Principatus
offerūt, quibus mentē incurvent, et inijciūt cu-
piditatem auri et argenti, vicinā possessionis,
ut acquirendæ eius gratia excusemus nos a ce-
na illius, qui ad nuptias verbi, nos inuitat.
Inijciūt etiam honoris appetentiam potestates,
mundi, ut nos extollamus, sicut Adam, et dū
volumus adæquari Deo, similitudine potesta-
tis, diuina præcepta despiciamus, et quæ habeba-

mus, incipimus amittere. Qui enim non habet et
 quod habet, auferetur ab eo. Vides lucrum Fla-
 mimia, vides et damna, quid ergo adhuc perse-
 tas in laudanda Principum seruitute? Non le-
 gisti de Nabutha in Regum libris. Qui sapi-
 datus fuit a populo, quod benedixisset Deum,
 et Regem! Inare obsecro! nisi quod Regi tantum
 honorem impenderet ut deo! Non legisti etiam
 prophetam, ubi ait, exterminati sunt omnes qui
 ex altati fuerant auro et argento. Non legisti
 quoque in Apocalypsi, quid de Principibus sub no-
 mine mulieris purpurata cantetur! Et quid de
 eius exitu, et scripta in eius fronte blasphemiam!
 Et de septem montibus, et aquis multis, ac Babylo-
 ne, ubi designat Principum aula! Nec ultra, quid
 dicat Angelus ibidem, Exite inquit Dominus de
 illa popule meus, fugite de medio Babylonis, et
 ne participes sitis delictorum eius, et de plagis eius
 non accipiatis, saluate unusquisque animam suam.
 Cecidit enim, cecidit Babylon magna et facta,
 est habitatio demonum, et custodia Spiritus immu-
 di. Denique non audisti Hieremiam conquerente in spiritu
 domini

domini, רַב אֵנִי אֶת בְּבַל וְלֹא נִרְפְּתָהּ
 i. Curavimus Babylonem, & non est sanata, quod
 in medicinalis sit omnino Babylon, id est Principu
 habitatio, quia mala quibus illi scatenit longo usu
 reddita sint incurabilia (ut ait Augustinus.) Quoni
 am ex voluntate perversa facta est libido, &
 du' servitur libidini, facta est consuetudo, et du'
 consuetudini no' resistitur, facta est necessitas, qui
 bus quasi anulis sibi met innoxis, tenet dura ser
 vitus veluti obstructos catena homines. Quando
 enim Principibus opera dare incipitis, capiunt
 vos horroris ac dignitatu' hamo, postea longo usu
 ac consuetudine' huius miseriae, necessario in hoc
 luto haeritis, demum Tales nos reddit usus iste,
 ut de vobis per Ezechielem dicat Dominus.
 Versa est mihi domus Israel in scoria, omnes isti
 mihi facti sunt aes, et Stagnu'. Unde Hierony
 mus amicum sub Imperatore militatem a caeco
 hoc errore liberare molitur, his verbis, Quisquis
 Rex Terrenus, totius terrae dominus no' est. Chris
 tus solus totius mundi Rex est, de quo in Apo
 calypsi Testatur, Flabebat (inquit) in vestime'

to, et in femore suo scriptum, Rex regum, et Dominus
 dominantium, Hunc sequere, qui militantibus sibi,
 gloria vitam aeternam, et honorem regni caelestis,
 et divitias hereditatis suae largitur. Ad hunc anhelat
 Spectis mundi divitijs, quas, quidam
 ligunt, non iustificabuntur, quoniam in illis im-
 planabuntur. Sicut in Ecclesiastico loquitur
 divina sapientia. Quam durum sit autem, Prin-
 cipum laqueis capi, et teneri, Propheta testatur,
 cum ait כִּי הוּא יַעֲרִיךָ מִכַּף יַקְרֶשׁ
 מִדְּבַר הַגּוֹת. Ipse liberabit me a laqueo ne-
 matis, et a verbo aspero. Vbi commiscet verbum
 asperum laqueis, et merito quidem, nam laqueis
 utuntur Principes, cum falsa Spe subditos capi-
 unt, verbo autem aspero. Cum se captos esse misere-
 ros sentiunt, et non e manibus illorum posse eripi.
 hinc est quod in eodem Psalmo, מִהָיָה
 וְיִזְכֶּם מִדְּבַר כַּאֲפַל זֶה לְךָ מִכֶּסֶךְ
 אֶשׁוּר צְהַרְלֵם. A sagitta volante in die, a nego-
 tio perambulante in tenebris, ab incursum et
 demonio meridiano liberari desiderat anima.
 Nam Principum per sagittas (meo iudicio deno-
 tans

tas. Per negotia vero tenebrarum, Primatum ac adu-
 latorum. Latratu. Per incursus vero & demonium
 meridianum, Invidorum et persecutorum machiname-
 ta. **FLAMINIA;** Aberras prorsus a scopo,
 Blesilla, ab inceptoq; desistis. Nam Principes ta-
 tum promissisti ostensura te, nec esse Tales, quales
 nostri Philosophi volunt, nec si tales essent, non
 esse dignos, quibus miserarent homines liberali-
 bus ingenijs praediti. Nunc autem addis invidio-
 rum molestias, & inimicorum insidias, ac adulatorum
 falsa blandimenta, quibus principum conuic-
 tum reddis prorsus detestabilem, quasi omnia
 Principibus haec mostra cohabitent, aut in alijs
 locis desint: Nec in promptu nobis sit, ab illorum
 veneno, medicamina animis saluberrima, confi-
 cere. Igitur ad haec obijcere tibi aliqua, Stat
 sententia (etiam si non teneat) quando a propo-
 sito descivisti, & primum de invidis ac inimicis,
 ex quibus utilitatem posse nos capere, sunt
 quamplurimi qui asserant, Inter quos Plutar-
 chus, & si Ethnicus, verum Tamen philosophi ac
 cultor, qui dicit, ὅτι τίς οὐκ αἰδέσθαι ἀρχαίων ἢ βίου

ἢ δόξης τὸν ἐχθρὸν ὄντα, προσέχει μᾶλλον αὐτῷ ἢ
 τὰ πράγματα περινοθεῖ, ἢ διακροῖται τὸν
 βίον, ἢ τὸν ὅτις κακίας ἰδιότης, τὸ τοὺς
 ἐχθροὺς ἀναθώσεται μᾶλλον, ἢ τὰς ἑαυτοῦ
 ἑξαναστρόφους. 1. Si quisquis intelligit, habe-
 re se vitæ famæq; æmulum, attentius sibi
 canet, facta sua circūspicit, vitam omnem
 componit, quādoquidem, et hoc habet peculi-
 are malitia, ut in peccando magis reueren-
 tur inimicos, q̄ amicos. & rursus ille Nasica
 qui, cū qui dam existimarent res Roma-
 nas iam in tuto esse, nimirū Carthaginē-
 sibus, extinctis, Græcis in seruitutē subac-
 tis, (inquit) Imo nūc sumo in periculo su-
 mus, postea quā nulli supersunt, quos vel
 timeamus, vel reueremur. Nec dissonat
 huic sententiæ illud aliud, quod affirmat
 idem Plutarchus. Πρῶτον μὲν οὐρ δὸνδὲ μοι τῆς
 ἐχθρῶς τὸ βλαβερώτατον, ὡ θεμιώτατον αὖ γε-
 νῆσθαι τοῦ προσέχουσι, ἐθερνεῖσι σου τοῖς πρά-
 γμασι ἐρηγορῶς ὁ ἐχθρὸς αἰεὶ, ἢ λαβὴν ζητῶν
 πάντα χόθεν περιδένει τὸν βίον, οὐ ὄρων ὡς ὀλύγ-
 γυνος

γένος δια λίθων, ἄλλοι καὶ δια φιλόν καὶ οὐκ ἐτοῦ, καὶ
 δια σωκίθους τῶν αἰσθησῶν, ὡς ἀνεστὶ ἐστὶ φλοπῶν τὰ
 τραχυτομῆρα, καὶ τὰ βουλεύομῆρα διορύττωρ,
 καὶ διερευνώμενος, καὶ καθάπερ δὲ γυνῆς ἐπίταξ
 ὁμοίως τῶν διεφθορότερον σωμαίων φέροντας τῶν
 δὲ καθαρώων καὶ ὑγιαυρόντων αἰσθησῶν οὐκ ἔχουσα,
 οὕτω τὰ νοσοῦντα. τοῦ βίου καὶ φαντα καὶ δε
 ποικίλοισιν καὶ ἐχθρῶν, καὶ τούτων ἀποτόντα,
 οἱ μισοῦντες καὶ ἀσπαράσσοντες. (Hoc est) Primum
 quidem, quod est in inimicitijs maxime noxi-
 um, id mihi videtur summam utilitatem
 allaturum, si quis animam adverterit. Nempe
 inimicus, qui semper adnigilans, observat
 quid agas, et ansam captans calumniae, sus-
 trat, ac circumspicit undique vitam tuam, nota-
 tum saxa, oculorum acie penetrans, sicuti narrat
 de Lynce, verum etiam amicum, famulum, et
 quisquis tecum habet consuetudinem, ut quod po-
 test, deprehendat quid agas, perfodiens ac
 scrutans tua consilia, nec secus atque ut Vul-
 tures, qui putrium corporum odore rapiuntur,
 Lynceera sanaque non sentiunt. Ita si quid mor-

bidū est in vita tua, et si quid vitiosū, id demum
 excitat, ac mouet inimicū, atq; hac cōtrectat et nel-
 licat. Vnde patet Blesilla, cōducibile esse, ad hoc
 cogi te, ut per omnia cautim, et attente vinas, et nec
 facias quicq; nec dicas oscitanter, et in circūspecte, sed
 semper eorū more, qui suspicionē morbi diligentivi-
 tā moderatione cauent, (ne quid offendant valetudi-
 nem) ne culpātos usq; mores, et irreprensos serues.
 Nā etiam si quis inimicus obijciat nobis, probum,
 a quo simus alieni, ab hoc possumus quoq; aliquid
 fructus carpere. Inquirimus nāq; quibus ex causis
 maledictū hoc natū sit, demde cauemus, ne quid
 imprudentes deli querimus, vel affine, vel simile
 ei, quod nobis obiectū est, quē admodū Laocides Argi-
 norū Rex, qui ob comam compositionē, et incessum
 delicatiorē, vulgo male audiuit, velut molis
 effeminatus. Tandem quod idem Plutarchus cō-
 cludit, verū esse prorsus experior. scilicet ut, ἐπει-
 ῆ Γιλία τὰ νηὶ γυόθωρος γέγονεν ἐν τῷ παρρησί-
 αζεσθαι, ἢ τὸ κολακείον αὐτῆς λόγος ἐστὶ, τὸ δὲ νο-
 θῶν ἀναυδον, ἀκουσέον ἐστὶ πρὸς τῶν ἐχθρῶν τῆς
 ἀλήθειαν. i. Quoniam his sane temporibus ad libe-
 re.

re loquendū, pene vocem amisit amicitia, et loquax
 est assentatio, atq; admonitio muta, quod superest,
 ut ab inimicis verū audiamus. Nam si difficul-
 tates ac molestiaē temere fortuitoq; incidentes, alius
 docent. quid expediat? (velut in Fabulis ait Mer-
 opa) Fortuna, sublatis ijs, quae mihi erat charissi-
 ma, mercede me sapientem reddidit. Quid vetat,
 quominus gratuito praëceptore utamur inimico,
 qui nobis prosit, aliquidq; doceat, quandoquidem
 pleraq; magis intelligit inimicus, q; amicus, prop-
 terea quod amor cecutiatur in re amata, velut in-
 quit Plato. Deinde cū omnivū mortaliū ingeni-
 um, contentionem, suspicionem, et invidentiam
 ex se gignat, conducibile, iudicā, et optimū esse
 sentio, habere inimicos et amulos. Id quod cū in-
 tellexisset Onomastodemus cū Urbanus (teste
 Plutarcho) orta in Chio seditione, cū in ijs esset
 partibus, quae vicerāt, admonēbat suos, ne cūctos
 expellerent, qui diversarū fuissent partū, quin
 sinerent superesse nonnullos, ne cū amicis (inquit)
 incipiamus disidere, si prorsus desint inimici.
 Adem sentit Ciceronius. Qui inter innumeras

Paula sua laudes, hanc praecipue canit. Illam, videlicet, inimicos ac invidos tolerare scire, et non fugere. Et ab illorum pernicacia laudem sibi ac suorum comparare. Hieronymi verba sunt haec. Semper quidem virtutes sequitur invidia, suscitauerat ei Dominus Adad Iudumem, qui eam colaphizaret, ne se extolleret, in invidiam quaedam, ego aiebam, inuori esse cedendum, et dandum locum in samia, quod fecisset IACOB in fratre suo Esau, et David in pertinacissimo inimicorum Saul. At illa respondebat, diabolum contra seruos dei et ancillas ubique pugnare, et ad omnia loca fugientes praecedere. Ideo oportere, patientia inuorem superare, ac humilitate frangere superbiam. Dicet Apostolo. Vincite in bono malu. Si quando autem provocator esset inimicus, decantare. Domine consisteret aduersum me peccator, obmutui, et silui aborris. Hanc etiam Paulam laudabat idem Hieronymus. Quod inter Romanos turbines, se velut in Iremi vastitate immota praebere. (Nec impune) Cui Parabola Evangelij de domo fundata supra Petram, et alia super arenam, vel virtutem ani-

mi

mi, vel ignavia significet, (iuxta Chryfostomum) ut ex his advertamus, quod nisi quis seipsum laeserit, ab alio laedi non potest. Fortis namque animus, etiam si totus orbis contra eum coniret, etiam si permutatio rerum ac temporum fiat, etiam si Potentium et Principum contra eum furor saeviat, et insidientur omnes, sine amici sine inimici, dolo seu vi impugnantes: Comoveri tamen eum non possunt: fundatus enim est super firmam petram. Petra autem erat xps. de qua, melle (inquit) saturavit eos. Instabilis autem animus, et ignavus, tentatione rerum humanarum cito dejicitur, sicut et illa fabrica, quae super arenam fundata est. Quae etiam si flumina, venti, non urgeant, ipsa paulatim effluens, instabilis arena, edificij erepitudine subruit, et evanescit. Unde anima Joseph nihil sic certificavit, et Deo placere fecit, sicut calumnia, umbracula, et catena, et Primitivum pernicacia, in quibus omnibus immunis se praebuit ab iracundia, sicut patientia vinceret omnia. Nam cum in carcere propter Dominum esset intrusus, sciscitatus causam, Respondit. Ego ablatione ablati sum de terra Hebre-

orū, et cum nihil fecerim, miserūt me in hūc locū
tormentorū, fratruū Iras, atq; domina scœlus cōticescēs.

BESILLA / Annuo tuis dictis Flaminia. esto,
quod Aemuli seu invidi nobis pariant comoda, et
inimici, quos nutrit sapientia et fouet vitæ aulicæ
otia, et Principū conuictus, q̄ alia vitæ conditio,
Adulatorū vero pestis, quid comodi pariat vide-
amus, quæ proximā sedem apud Principes tenet,
Si vera ait Tullius Plutarchus his verbis, Τὴν κα-
λοῦσιν ὀψώνων οὐκ ἐννοῶν, οὐδέ ἀδυνατῶν ἀνο-
λουθούσων ἀλλοίων τε καὶ πραγμάτων μεγάλων,
ὀλιγοθνήσων καὶ νόσημα γεννηθῆναι πολλὰ καὶ δὲ καὶ
βασιλείας καὶ ἡγεμονίας ἀνατρέπονσων. Vide-
mus adulationem nō esse comitem pauperū, aut
ignobilium, aut parū potentū, sed ingentium famili-
arū, ac regnorū et negotiorū ruinā, ac morbum exis-
tere. Si ergo regna subuertit, et imperia: non
incolumes, si nec Regū sequaces, quin omnes co-
sumet, vt ignis. Quod patet verbis Biantis,
Quem dixisse ferūt, interroganti cuidam, quod
esset animal omnium maxime noxium? Inter
immitia, inquit, Tyrannus, inter mitia vero adu-
latores.

lator. Quem igitur Tyranno adiungit, vide an sit
 detestandus? Adulator scilicet, qui Principi thro-
 no semper assidet, Quia eos blanditiæ illa sua
 venenosa, ab omni doctrina sermonet, teste quoque
 Plutarcho οἱ κόλακες τοὺς βασιλεῖς, καὶ δλουσίου,
 καὶ ἀρχόντας, οὐκ ὀλβίους μόνον καὶ μακαρίους, ἀλλὰ
 καὶ ἰσοκρίτους καὶ τέχνη καὶ ἀρετῇ πάντι ὑποφρον-
 τας ἀναρροῦντων. i. Assentatores, Reges, divites ac
 primates, non felices tantum ac beatos prædicant, sed
 ipsædem, et imprudentiam et in artificio, in virtu-
 te, primas tribuunt. Unde ab omni doctrina ab-
 horrent. Quamobrem Carneades dicere solebat,
 Regum filios, nihil recte, nec benediscere, præter
 quæ equitare, propterea quod his assentetur præ-
 ceptor. usque laudat, quidquid dixerint, Porro
 equus, haud intelligens neque cogitans, prinatus
 quis sit, an magistratus, præcipitat quisquis
 ignarus sit equitandi: Ex quibus liquet mise-
 rrimam omnino esse abiectam illorum esse sortem,
 qui eos sequuntur, quos solus equus potest erudi-
 re præcipitatio: adeo obturatas habent aures ad
 omnem scientiam, adulatorum veneficijs et mendacijs

imbutas. Quos iuste fugiendos suadet, qui dicit,
 quod si diuina quaedam res est veritas, ex qua
 cum fonte, pariter dijs atq; hominibus omnia bona
 proficiscantur (authore Platone) cauendum est maxi-
 me, ne adulator cum dijs omnibus sit hostis, tu vero
 maxime Apollini, repugnans illi oraculo, Nosce
 te ipsum, ignoret quid bonum ac malum sit, et bona
 quidem mutila reddat, mala vero prorsus inme-
 dabilia. Quae venena, plus satis Seneca ille ex-
 pertus, Adulatores prorsus effugere suadebat suo
 Lucillo, dicens, Ad summam sapiens eris, si clau-
 deris aures, quibus curam parum est obtinere, firmi-
 ori enim Spissameto opus est, quam usum in
 socijs Ulysem ferunt. Nam illa vox, quae timebat,
 erat blanda, non tamen publica, Atque, quae ti-
 menda est (adulatorum scilicet) non ex uno scopu-
 lo, sed ex omni parte Terrarum circum sonat, Prae-
 ter nebere itaque tu, non unum locum insidiosa volup-
 tate suspectum, sed omnes vrbes, surdum te ama-
 tissimis praestans. Bono enim animo male praes-
 cantur, et si vis esse felix, deos ora, ne quid tibi
 ex his, quae optantur eveniat. Hac ante fuga
 ad

ab adulatoribus, quæ suadet Seneca: minime inueniri
 potest, nisi fugias primis a Principibus Flaminia,
 cum quibus, ut jam dixi, conuinent isti, nec a
 libi gentium, et Patriarchâ imitare, cui iubetur,
 ut relinquat chaldeos, et confusionis urbem, et
 Rohoboth, idest latitudinem eius, relinquat cam-
 pum Senaar, in quo superbiæ usq; ad cælum erec-
 ta est turris, et post fluctus huius seculi, ac
 post flumina, super quæ sederunt sancti, et fle-
 uerunt, cû recordarentur Sion, Et post gurgite
 granæ Chobar, de quo Ezechiel, capillo verticis
 subleuatus, Hierusalem usq; transfertur, habitat
 terram promissionis, quæ nõ est irrigua ut Eg-
 yptus de deorsû, sed de sursû, quod hæc terra
 montuosa sit, et quantum ad delicijs seculi uacat,
 Tanto maioris habet delicijs Spiritus. Quando
 enim Principibus miseris, adulatorum pestem
 nequaquam effugies, id enim est ad istam Terram
 peruenire. Quando autem caferis resipire (si
 quando caferis) et reddere Te ipsâ tibi. Prin-
 cipes primis effugies, demum assentatores uita-
 bis. Incipies autem sapere, cû ea, quæ tanto perere

homines eleuat (favorem nempe Principum) in-
 to animo contempseris. Conferes (ut ait Phalaris)
 Vana illa atq; vana ducas nostris, ut conditionem
 philosophia protinus meliorem facias. Cuiq; di-
 xeris cu Solone illo, Ut nos, cu istis no commu-
 tabimus virtute divitias, quando hac nostra
 in tuto sunt. Fortuna vero vicissim suas opes
 modo concedit, modo diripit. Et cu memineras,
 ad Principes despiciendos, illud quod dixit O-
 rontes, Regis Artaxcersis gener, cu ob ira conden-
 natus foret. κατὰ τὴν εἰ τῶν ἀριβικτινῶν δάκ-
 τυλοι νῦν πλὴν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθεῖται
 δυνάμει, τὸ αὐτὸ καὶ τῶν βασιλέων φίλων, νῦν
 πλὴν τὸ ἐπιδύο αἰῶν, νῦν δὲ τοῦλάχιστον
 2. scilicet, ut computatorii digitj, nunc decem
 milia, nunc unum significant, ita Regni quoq;
 amici, interim totum interim minimum pos-
 sunt. Cuiq; senseris, de illis omnibus, quod se-
 tiebat Theophrastus de Alexandro, cu de-
 plorans Calisthenis sodalis sui interitum aie-
 bat, Deploro Calisthenem, incidisse in hominem
 summa potentia, summaq; fortuna, sed ignoranti
 quemadmo:

quemadmodum rebus secundis uti conueniat. Cuius primus
 locum apud illos habere, philifeceris (quod est, illorum
 scire arcana) ut Philippides comediarum scriptor,
 qui cum Rex Lysimachus ipsi dixisset, quid e meis
 rebus tibi vis impartiri? respondit, quid vis o Rex,
 modo ne quid arcana norum. Sciens, quod, quae Regum
 sunt in cum dissimila et pulcherrima, foris exposita
 sunt, verum si quid arcanum est, non ad eum dicitur, nec
 mouendum. Non enim delatur Regis gaudium, cum res sunt
 prosperae, neque cum apparat aliquem humanitate seu
 benignolentia prosequi, quod occultatur, illud fore,
 miserabile est, et triste, suppuratione scilicet cuiusdam
 iracundiae thesaurus, aut vltionis profunda in animo
 versatio, Ideo fugiendum est ab ista condensante se
 nube arcana, senties namque tonare, aut fulgurare,
 simulataque eruperit, quod nunc latet, Cui consonat
 illud sapientis edictum. שְׁמַיִם לְדָרוֹם וְאֶרֶץ
 לְעֵינַיִךְ וְיָיִךְ כִּי לֵב אֵינְתָּךְ
 Idest Caelum
 sursum et Terra deorsum, et cor Regum inscrutabile. Ideoque
 non illis unquam fidentem, nec eorum promissis habenda
 fides. Quin more Trinum puerorum, qui in aula
 Regia positi erant, et in medium pelagus abducti

ubi turbines et procellae abundabat, (insita in illis di-
 vina philosophia) presentium verum sciebant contem-
 ptui habendas potentias, ac tumida calcanda
 iactantia, nec dapes nec gratiam Regum magni-
 ficere, sed cum illis volare pueris, penis fidei sub-
 mixtos, ad caelestem Regem, qui lucem habitat in-
 accessibilem, quem ipsi fatebantur intrepidum,
 fornacem obtusi. his verbis, chaldaico idioma,
 הוּ אֵלֵינוּ אֱלֹהֵינוּ דִּי אַנְהֵנוּ פִּלְהֵינָן
 יִכְלֵלְשֵׁינָבוּ תֵּנוּ מִן אֲתוֹן נוֹרָא יֵס
 וְיִמְנֵנוּ מִן מַלְכָּא יֵשִׁי תֵּבַב. Ecce deus
 noster quem colimus, potest eripere nos de camino
 ignis ardentis, et de manibus Tuis, o Rex, libera-
 re. Hunc itaque solum dominum vocare oportet, ut
 hi tres pueri, alios omnes despicientes, (quando
 virtus est, ubi occasio admonet, despiceret) Et
 huic soli obsequium impendere, omnem hanc
 servitutem detestantes, verbis Cantici, Omnia mala,
 omniq; exitio peior est servitus, et quem Iuppiter
 odit, servum huic primum facit. Deo inq; Regi se-
 culorum, immortalis et invisibilis. qui solus Rex
 est, et Dominus, Reliqui vero pulvis et cinis,
 De quibus

de quibus conqueritur Propheta. Nō est in hoc tempo-
re Princeps, nec propheta, nec dux. quasi dicat Ne-
minē esse hoc dignū nomine. Cū age Flaminia,
eīa igitur, (vt suadet Augustinus, suo Polybio)

Rumpe' moras, & vincula tenacia seclī,
Nec metuas placidi mite Iugū domini,
Nam Blandū nomē honos, mala seruitus, exitus ager.
Quem nūc velle iuuat, mox noluisse piget.
Scandere celsa iuuat, tremor est descēdere celsis.
Si titubes, summa peius ab arce cades.
Nec tibi nobilitas videatur libera, quam nūc
Sublime' attonita conspicias vrbe' vebi.
Multis ille' miser mortalibus, & quoq; seruus,
Seruit, & ancillas, vt dominetur emit.
Vine' precor, sed vine' deo, nā viuere mūdo,
Mortis opus, vna est viuere vita Deo.

Nec credas Flaminia, ex illis rebus, quibus ad vitia
dillabimur, nostraple' natura, nō posse nos ad deū
trahi, etiam si proclines simus ad omnia, quæ mē-
tis nostræ aciem obfuscat. vt Testatur Augustinus.
Nam si superbia celsitudinē imitatur, Deus est

Vnus super omnia excelsus. Si ambitio honores que-
 rit, et gloriam, deus præcunctis honorandus est,
 vnus et gloriosus in æternũ. Si Sænitia Potestatu
 timeri vult, quis timendus est, nisi vnus deus?
 cuius potestati eripi aut subtrahi quid potest? Si
 Blanditiæ lasciuientiu amari voluit? nec blandius
 est aliquid dei charitate, nec amatur salubrius, q̃
 illa præcunctis formosa et luminosa veritas dei. Si
 curiositas affectare videtur studiũ scientiæ, deus
 omnia sũmẽ nouit. Si ignavia quietem appetit,
 quæ quies certa est præter deũ? Si effusio liberali-
 tatis obtendit vmbra, deus honorũ omnium afflu-
 entissimus est, Si auaritia multa possidere vult,
 deus possidet omnia. Si inuidia de excellentia
 litigat, quid deo est excellentius? Si ira vindic-
 tam querit, deo iustius quis vindicat? Si timor
 insolita et repentina exhorrescit, (rebusquæ amatur
 aduersantia) dñi præcauet securitati, deo quid
 insolitũ, vel quid repentinũ est? Aut quis sepa-
 rat, quod deus diligit? aut vbi nisi apud deũ
 firma securitas? Quæ omnia, quando sic se ha-
 bent. quid t̃tas adhuc Flamina, Si habes per-
 tua ea?

Qua eadem vitia ad salutem viam! Quid stas! Nonne
ardens est cor meum, ut aiebant illi duo Christi vice
comites, dum aperio tibi scripturas! Nonne cum Davide
illo, Regio nomine benedigno (si apud mortales quis hoc
pro meretur nomen) dicis mihi! Concahit cor meum in
trame, et in meditatione mea exardescit ignis, ut as
cendamus ad montem dei Iacob, ad populum accinctum
nostrum. **FLAMINIA;** Fateor Blesilla quod ais,
Sed cum nondum ex illis sum quibus solidiori cibo opus
est (ut Paulus ait) oportet ut de alijs rebus, quae vita
antiqua meo iudicio sane reddunt, (vel in colloquij
limine, promisisti) agas aliquantulum, vel ut mea pro
sus caecitatem arguas, si mihi omnia persuaseris
detestabilia esse, (in Principum convictu), ne contra,
si desiderabile aliquid ego ostenderim, vitio mi
hi ne vertas, si in his adhuc caecitiam.

BLESILLA; Faciam libenter quod iubes, Non
enim me penitebit unquam ex antlati laboris in hoc
conflictu, cum teste Seneca, Generosos animos la
bor nutriat. Sed jam hodie non licebit ulterius
progredi, Cadunt enim e montibus umbrae, ut
ait Mantuanus Tytirus. Ideo cessabimus, Et in

ei

crastinū, fidem, quā tibi vadata sum, ego libentissi-
 me liberabo, et ut longius valeamus de his quae
 restant, tractare, antelucanas horas praescupa-
 bimus, quae solent aptiores esse ad animi medita-
 tiones, et seniores reddunt corporis labores, quā alia.
 Jamus igitur nūc, & Musicis demus aliquātis per-
 opera, dū crepusculū est, ad lenandos illic animos,
 ubi aquae susurrus et anicularum cantus, vocibus
 nostris atq; organis consonent: -

SECUNDVS DIES .idest;

Colloquij pars secunda. de corporis
 cura, nimioq; cultu, atque
 a Lys.:-

BLESILLA:

QUID mirū mea FLAMINIA si nō dū orto
 lucifero surreximus hodie, cū intem-
 pesta nocte solerent Alcybiadis victoriae euigila-
 re quosdam facere? Nos vero ^{cum} optimior ac durabilior
 victoria maneat q̄ illos, ea est corona iustitiae, vbi
 monstrauerimus quā sint parvifacienda humana
 omnia,

omnia, quæq; appetenda æterna, quibus distant fini-
bus, vita solitaria, atq; Aulica, Cuius primas partes
heri excussimus, nempe de Principibus, Huc (si sat
memini) de alijs palatinis nobilibus, aut (vt sic dicam)
magis, Instat disputatio: quæ vos tantû excæcat, ut
vitam aulicam et probetis, et libentius expetatis.

Primum de corporis habitu (vt sum pollicita) deq; ves-
titiû cura minima, qua vtimini aulicæ omnes, sit neces-
saria, nec ne hac superflua cura, expetenda ne, an odi-
habenda ab ijs qui recte sentiunt. Quod vt explorare pos-
simus, oportet in Primis, huius pestis inuentores in
mediû proferre, quando sæpenumero inuentores au-
thoritas, nobis conspicuas et desiderabiles res facit
inuentas. Deinde, quatenus ornari deceat virgines,
seu nuptas, vt deo placeant, et hominibus. Tertullianus
itaq; ab Apostatis angelis emanasse cultû muliebrem
asserit, his verbis: Desertores angeli, qui utiq; cogi-
tabant, ^{unde} cecidissent, illud ipsû bonû feminarû natu-
ralis decoris (vt causam mali) sic remunerauerunt,
ne eis profuisset felicitas sua, sed ut denectæ de si-
mplicitate et sinceritate, vna cû ipsis in offensâ dei
peruenirent, certi enim erant, omnem affectionem per car-

nem placendi, deo inferam esse. Cyprianns quoq, eosde
 esse Tantæ calamitatis authores affirmat (ubi ait),
 A postatæ angelis, quando ad terrena contagia deuoluti,
 a caelesti vigore recesserunt, suis Tradiderunt artibus,
 et oculos circumducto nigrore fucare, et genas mendacio
 ruboris inficere, et mutare adulterinis coloribus crine,
 atq, expugnare omnē oris et capitis veritatem, corrup-
 tellæ suæ impugnatione docuerunt. Quare Jam ex doc-
 torū suorum qualitate, et conditione, pronūciari potest,
 quod nihil ad integritatē peccatores, et nihil ad casti-
 tatem adamatōres, nihilq, ad timorē dei, desertores spi-
 ritus, aut mostrare potuerunt, aut prestare, et inde ad-
 monendæ sunt omnes feminae, quod opus dei, et fac-
 turā eius, et plasma adulterare nullo modo debeant.
 Nam manus deo inferunt, quando illud, quod ille for-
 manit, reformare, et Transfigurare contendunt, nesci-
 entes, quia opus dei est omne quod nascitur, Diaboli-
 autē quodcunq, mutatur. Si quis enim pingendi
 artifex, vultum alicuius et Speciem, ac corporis qua-
 litatem, a mulo colore signasset: et confirmato Jam
 simulachro, manus alius afferret, ut Jam formata,
 et Jam picta, quasi peritior reformaret, grauis pri-
 oris

oris artificis iniuria et iusta indignatio videretur. Præ-
terea, si iam animi ac mentis prorsus obliuisci volumus,
a tali peste nil aliud, corpori emanasse, quàm infami-
am et dedecus liquido patet, cùm ornamentorū ac vesti-
um insignia, et senocinia fucorū nō nisi prostitutis
et impudicis feminis congruant, et nullarū fere præ-
ciosior cultus est q̄, Quarū pudor nihil est. Ideo em̄
in scripturis sanctis, (quibus nos instrui dominus
voluit, et moneri) describitur civitas meretricis, com-
pta pulchrius et ornata, et cū ornamentis suis, ac prop-
ter ipsa ornamenta, peritura. Ideo quoq; Joanni
in Apocalypsi, ab angelo dicitur. Veni, ostendāti-
bi damnationē meretricis magnæ, sedentis super
aquas multas, cū qua fornicati sunt Reges Terræ,
quā vidisse se testatur idem Joānes sedentem
super bestiam, amictam pallio purpureo, et coccino,
et adornatam auro, atq; margaritis, et lapidibus
preciosis, ferentem poculum aureū in manu sua
plennū execrationis et immunditiæ. Ideo etiā Esaias,
plenus Spiritu Sancto, filias Sion auro et veste co-
ptas increpat, et obiurgat perniciosis opibus affluē-
tes, Quasi a Domino per sæculi delicias recedentes,

Cum dixit) Exaltatae sunt filiae Sion, et ambulauerunt alto collo, et nutu oculorum, et incessu pedum, trahentes tunicas suas, et pedibus simul ludentes, quare humiliabit dominus principales filias Sion, et reuelabit habitum earum, et auferet dominus gloriam vestis illarum, et ornamenta earum, et crines, et cincinnos et lunulas, et discrimina haec, et dextralia, et armillas, et batronatum, et specula, et annulos, et in aures, et serica contexta cum auro et hyacinto, et erit pro odore suauitatis puluis, et pro cingulo, veste praecingentur, et pro ornamento capitis aureo, calnitium habebunt. Nec aliam ob causam Hieronymus, suam Laetam admonet in institutione filiae, sic. Cave, ne aures eius perforas, nec cernua et purpuris flora deprimas, nec collum auro et margaritis premas, nec caput gemis oneres, nec capillum irruas, et ei aliquid de Gehennae ignibus aspicias. Habeat alias margaritas virgo Christiana, quibus postea conuenditis, emptura est pretio sibi tantum margaritum. Amuletur potius eam, de qua dicitur. Omnis gloria eius filiae regis, ab intus circumamicta varietatibus. Quia Hieronymus, rursus Demetris ad eam.

eadē docet, Fuge lasciviam puellarū, quae ornat cap-
 pita, et crines a fronte demittūt, ac cutē poliunt,
 et utuntur pigmentis, astrictas habent manicas;
 vestimenta sine ruga, soccosq; crispantes, ut sub
 nomine virginali, vendibilius pereant. & Jabet
 ut illa sit pulchra, et illa amabilis, illaq; habē-
 da inter socias, quae se nesciat esse pulchram,
 et quae negligat formā bonā, et procedēs ad pu-
 blicū, nō pectus et colla, denudet, nec pallo revo-
 luto, cervicē aperiat, sed quae sumisso ore gradiatur.

FLAMINIĀ;

Philosophorū sententiā est,
 μερότητες ἀρετὰς ἢ πρὸς ἄσῳς ἡμῶν εἶναι. quod
 Latinius ita potest sermo resonare, moderatas esse vir-
 tutes, excedentes autem modū, atq; mensurā, inter vi-
 tia deputari, unde unus de septem sapientibus di-
 xit, μηδὲν ἄγαν. Comicus vero, nequid nimis, Tantū
 enim o' Blesilla, a cultu et ornatu fœminis interdices,
 ut eādē Demetriadē, quā citasti, vituperes. Cum
 alias idem Hieronymus illam laudet de incredibi-
 li animi fortitudine, quod inter gemmas et sericū, ac
 inter puellarū cateruas, et adulationē ac ministeria
 familiæ persfrepentis, & exquisitas epulas, quas

ampla domus praebebat abundantia appetisset remm-
 orum laborem, vestiumque asperitatem, et victus continen-
 tiam. Quam non pannosam, aut attritis, et squallidis
 vestibus gradi, scribit, sed sericis, et inter sericum,
 scire spernere quod spernendum erat, ac optare quod
 optandum. Paulam quoque illam, tantum ac toties ab
 eodem Hieronymo commendatam, purpuratis usam esse
 vestibus et sericis legimus, Idemque Romae, ubi omnis
 ornatus floret, & cultus. Atque inter pompas, ita se
 gessisse, ut nunquam de illa, etiam maledicorum quic-
 quis auderet fama cofringere. Ibi, si pauperem vide-
 bat, sustentasse, ac si divitem, ad benefaciendum hor-
 tari curasse. Hoc votum solum habere se dicens, ut in
 funere suo aliena syndone involueretur. Haec, Paula,
 optabat, opulenta, non egens. Haec faciebat divitiis af-
 fluens, non carens. Sciebat quippe, his veluti instru-
 mentis ad bona opera uti nos posse (si velimus) et ubi
 desunt, deesse saepe numero bona opera. Nam in desideriis
 est omnis anima otiosi (ut ille ait) et otiosus est, qui non
 habet unde bona opereretur, desideria autem pro nibilo
 habentur, si ea non comitentur iustitiae opera, quibus
 appareant iusta etiam esse desideria. Cui sententiae
 consonat,

consonat illud Quintilianum. Fortuna dignitate, diuitiasq;
 offert, ut in Regibus, et Principibus, quo maiores spes fu-
 erint, eo maiorem benefactis gloriam pariat. Nam omnia,
 quae extra nos bona sunt, quaeq; sorte obtigerunt, non
 ideo laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod his
 honeste sit usus. Potentia enim et diuitia et gratia, cum
 plurimum virum det, in utraq; partem, certissimum faci-
 ut morum experimentum, aut enim meliores propter haec,
 aut peiores sumus.

BLESILLA; Esset, ut ais, si vestium usum, et cul-
 tus pompam vos vertere sciretis in hunc modum, ut
 pauperibus subueniretis et miseris, verum, his obvoluta
 et implicita, in superbia prorupit immensam, et ana-
 rita in satiabilem. Demum cum placere viris est ani-
 mus, et virtutis et modestiae obliuiscimini quae saepe-
 sime. Unde est, quod dicit Hieronymus. Licet qui-
 dam putent, maioris esse virtutes, praesentem con-
 temnere voluptatem, tamen securioris continentiae
 esse arbitror, nescire quod queras. Nam aegre repre-
 hendas, quod simis consuescere. Demetrias ac Pau-
 la, his utebantur, dum ab illis fugere non licebat prop-
 ter maleuolorum venenosas linguas, de quibus Hiero-
 nymus

hymus nos admonet sic. Nobis, quasi inter scorpiones &
 colubros est procedendum, ut accinctis lumbis, calceatisque
 pedibus, et apprehensis manu baculis, iter per insidias
 huius saeculi, et inter venena faciamus, ut possimus
 ad dulces Jordanis pervenire aquas, et Terram pro-
 missionis intrare, et ad domum dei ascendere, ac di-
 cere cum propheta, Domine dilexi decorem domus tuae,
 et locum habitationis gloriae tuae. Frangebant istae se
 pompis ac cultu gaudere, ut ex pompis & cultu, fruc-
 tum maximum, id est eleemosynas carperent, et inter
 praecipuam ingrederentur aetatem, qua liceret & Ro-
 ma discedere, in tacto honore ac fama. Quando
 Apostolici est praecipi quoque et exempli est, ut habe-
 amus rationem, non conscientiae tantum, sed etiam fama.
 Vos autem facultatum ubertate locupletes, opes vestras
 praefertis, et uti illis pro libitu non, ut decet, conten-
 ditis, nescientes illam solam esse locupletem, quae lo-
 cuples in christo est, et bona illa sola esse, quae non
 vicium apud dominum perpetua possessione permane-
 ant. Caeterum quaecumque terrena sunt, in saeculo accepta,
 et hic in saeculo ^{sunt} remansura, et esse ideo contemnenda.
 Praeterea obliviscimini, quod non omne quod potest,
 debet et

debet et fieri, nec desideria immoderata, et de saeu-
 lari ambitione nascentia ultra honore, ac modesti-
 am virginem debent progredi, (cui scriptum sit a Pau-
 lo) Omnia licent, sed non omnia expediunt. Nam
 si tute sumptuosius comas, et per publicum notabi-
 liter incedas. (vult inquit Cyprianus) et oculos,
 interuentus illicias, ac suspiria adolescenti
 post te trabas, concupiscendi libidine nutries,
 et peccandi fomenta succedes. Ac etiam, si ipsa
 non pereas, alios tamen perdes, et veluti gladium,
 et venenum inidentibus te praebebis: unde excu-
 sari non poteris, quasi mente casta sis, et pudici-
 ca. Redarguit te namque cultus improbus, et impu-
 diens ornatus: de quibus postea dices, cum finis quae-
 sitissimus aduenierit, cum Solomone. Quid nobis pro-
 fuit superbia? quod si diuitem te sentiret pau-
 peres, et si locupletem indigentes, vel Patrimonia
 tua deo saenerares, et christum cibares, commendas
 illi thesauros tuos, ubi nullus fur effodiat, nul-
 lusque insidians grassator irrupat, tunc condo-
 narem tibi, si frui populo et cultu miterdum vel-
 les. Quamquam continentia, et pudicitia non in sola car-

nis integritate consistere sentiat Cyprianus. Et ut ja-
 dixi merito, sed etiam in cultus et ornatus honestate
 pariter ac pudore. Et dicat Tertullianus, plerasque
 aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter,
 ita ingredi, quasi pudicitia in sola carnis in-
 tegritate consistat, nec quicquam extrinsecus opus sit de
 cultus ac ornatus dispositione, sed enim perseveran-
 tes in studiis formae, et nitore, easdem circun-
 ferentes, cum feminis gentium, a quibus abest
 conscientia vera pudicitiae. quibus verbis ad dei
 cultum quod primum omnium est, perquam necessaria
 esse ornatus modestiam significat. nec non est his
 alijs. Salus feminarum in exhibitione praecipue
 pudicitiae statuta est. Nam cum templum dei si-
 mus, infuso in nos consecratum Spiritu sancto, eius
 templi, et aditus^{us} et antistes pudicitia est,
 quae nihil in mundum, nec profanum inferri si-
 nat. Ne deus ille, qui in habitat, inquinata sede,
 offensus, derelinquat. Vbi enim deus, ibi pud-
 citia, ibique gravitas est adiutrix eius et socia.
 Quod si sic se habet, Flaminia, quo pacto pud-
 citiam sine instrumento eius, id est sine gravi-
 tate

tate tractabimus? Aut quomodo gravitate admi-
 nistrā de pudicitia adhibebimus, nisi et in facie,
 et in cultu, et in totius hominis cōtemplatione,
 severitas circumferatur! quā obrem erga vestitū
 quoq; et reliqua cōpositionis nostrae impedimēta
 curanda est amputatio, et ~~decessio~~ ~~reductio~~ ~~reductio~~
 mitoris. Dices tu forsā, faciem tantū fictā, et
 effigiem oris mentitam aduersari divina disci-
 plina, cetera vero membra corporis occupare
 pompam et deliciarū nieptijs, nō ad rem face-
 re. Si sic sentis, falleris, nā et huiusmodi pō-
 pae, quantū de proximo eurent luxuria nega-
 tū, Jam superius dixi, et dominus etiā ampli-
 ando legem, si periculo alteri sumus, nos a factō
 Stupri nō discernit in p̄na. Quare etsi acusa-
 dus decor nō est, (ut sentit ille) quasi felicitas
 corporis, et ut divina plastica accessio, utq; animal
 aliqua vestis urbana, timendū fame est, vel pro-
 ter iniuriā et violentiam Spectator. Quā etiā
 Pater fidei Abraham in uxoris suae specie per-
 timuit, et sororem mentitus Saram, salutem co-
 tumelia redemit. In quibus liquet, bonos mores et

vita irreprensibilem atq; conscientia immaculata,
 ornatus veros esse. nō tantū apud christianos, sed
 et apud Ethnicos, quando etiam Plautus ait. Ne-
 quiquā exornata est bene, si morigerata est ma-
 le, et Pulchrū ornātū turpes mores, caro collinūt.

FLAMINIA; Non inficior tuis verbis, vel-
 lem tamē Ne usq; adeo mūdū feminis interdice-
 res, ut significares illas prorsus a castitate ab-
 esse, et debito pudore, si ornentur. Sanctam em̄
 illam Rebeccam, nōne ornauit seruus ille Pa-
 triarchæ in auribus aureis appēdenti bus siclos
 duos, et armillis totidem pondo siclorū decem?
 Rachel, nō ob pulchritudinē amatur a IACOB,
 et decoris sui causa, seruit septem annis? De quo
 dicitur in scriptura sacra, Videbantur illi pan-
 ci, dies præ amoris magnitudine. Hæster autē
 Regina, populū Hæbræorū cū liberare statuit,
 non se ornauit et induit preciosas vestes, ut
 Regi placeret, atq; eius pulchritudine captus,
 ac præcibus, annueret in liberando populo?
 Judith vero vidua, Israelis columna, et præsi-
 dum, Olophernem, capitalem populi sui hostem nō
 interfecit

in torfecit lota ac peruncta, atq; omni mudo mi-
 liebri ornata? Ac Noemi, nunci sua Ruth, non
 iussit, vt sanaret se, et ungeret, & indueretur
 cultioribus vestimentis, et descenderet in arena,
 vt sua pulchritudine motus Bosph, eam acciper-
 ret in uxorem! Et aliae quae plurimae, (quae
 fuerunt typus ac figura Christianae propagandis)
 nonne omnes per ornatu et pulchritudinis
 admiracula, vel strenua opera perpetrave-
 runt, vel conciliarunt sibi maritos, ex quibus
 filios procrearunt in dei laude et gloria.
 Unde non infringi apparet, cultu illas faemi-
 nas uti, quae caste et honeste victuras se pro-
 fitentur miser gentes, praebentes se exempli
 alijs, et operibus bonis, et virtutum candore.
 Quae secundum vitae suae conditionem, ac ma-
 ritorum dignitatem, seu parentum nobilitatem,
 ornare se debent, quando vel nupturae sunt
 et futuris maritis placere. Quae nuptas eti-
 am canere oportet ne squallore aut situ, con-
 ingu animos auertant, atq; ipsis fastidium
 pariant, ac illis fornicationis damnatione querat.



BLE SILLA: Hæc nõ utiq; suggesti, vt rustica
 in totu e ferina corporis habitudinem comendare, nec
 vt in feminis squallorem suaderem, sed de modo e
 nitore corporis excolendi sum locuta, Ne supergrederet
 tur foeminae ultra id quod simplex e idonea mun
 diciis exigit, Nec ultra id quod Creatori placeat,
 In quem sane delinquant, quæ autem medicamini
 bus perungit, et genas rubore maculat, et oculos
 fuligine collinit, (vt iam dixi) quibus displicet mi
 miru dei plasticæ, In ipsis q; redarguitur artifex
 omnium, ab aduersario, idest Diabolo, sumptis fucor
 et picturaræ additamentis, vt iam Cypriani ver
 bis probauimus. Nam quis (vt idem ait) corpus mos
 traret mutare, nisi qui et hominis spiritum mali
 tia transfigurauit? Si vero serui nostri ab ini
 micis nostris nihil mutuantur! militesq; ab hos
 te imperatoris sui, nihil conueniscunt, quod de ad
 uersario eius, in cuius manu sit, aliquid vsui
 postulare transgressio sit, Christianus si a Malo,
 idest diabolo adiuuabitur, nescio an hoc nomine
 sit dignus. Erit enim illius, cuius doctrinis nos
 trum conueniscit, Itaq; de hoc locuta sum deq; in mo
 dico

dico ornatu vestro, nō tamē de moderato et honesto, qualem credere est mundū istarū sanctarū feminarū (quas citasti) extitisse. Quas nō legimus, morosa, et superflua cutis atq; criminū, et aliarū rerū cura, ut vos facitis, laborasse. Quam sane curā detestatur Tertullianus hoc modo, Quid criminibus vestris quiescere nō licet? modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? Quid affigitis nescio quas enormitates futillum, ac textiliū capillamentorū in galeri modū, quasi operculū verticis, contra domini præceptū, in quo ad mensuram neminē adijcere posse pronūciatū est? Cuidere erit, an die illo christiana exultationis, cū cerusa et purpurisso, et croco, et in illo ambitu capitis resurgatis, an taliter ex pictas vos angeli in nubila subleuent obvia Christo? Quod si in Flaminia bona hæc, dei esse dixeris, et quod deus illa in orbe terrarū dederit, ut hominibus miserarent, tunc quoq; occurrēt resurgentibus corporibus, et sua loca cognoscēt. Sed nō potest resurgere nisi caro, et spiritus solus, ac purus. Damnata sunt igitur quæ in carne

Et Spiritu nō resurgit. Scis quæ vestis resurget!
illa qua induit, Solomon mulierem illā fortem,
dicens

עֵדוּהָדָד לְבוּשָׁהּ וְתִשְׁהֶק לַיּוֹם אֶהְרֹז
Idest fortitudo et decor inducētū eius, et
videbit in die novissima. Resurget quoq; vestis
candida fidei, et pudoris, qua nos admonet Ec-
clesiastes, ut induamur. cum dicit: כָּכֵל עֵת יְהִי אֵת

בְּכָל עֵת יְהִי אֵת לְבָנִים
omni tempore sint vestime-
ta vestra candida. quibus solis induuntur, qui
Agnū sequuntur (ut est in Apocalypsi) et resur-
gent vestes illæ, quas in Canticis laudat Sponsus
in Sponsa. Illas inquam, quarū odor sit velut
odor Thuris. Bona videlicet ac sancta opera, ut
sentit Gregorius. quibus præcedētū malorū tur-
pitudine operitur, ne videatur. unde scriptū est.
Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua,
ne nudus ambulet, et videatur turpitudine eius.
Quæ thus olent, quod in significatione orationis
ponitur, sicut dicitur in Psalmo, Ascendat ad
te oratio mea, sicut incensū in cōspectu tuo. Et
quod sancta anima bene operans desiderio et
intentione sancta, ad æterna se extendit. Unde

bene

bene odor vestimentorum eius sicut Thuris esse vult
 Sponsus, ut in omnibus operibus suis oret, dum ad super-
 na perveniendi intentione, ea quae potest, bona opera-
 tur. Hae sunt vestes, cum quibus resurgemus Fla-
 minia, quaeque non comedentur a Tinea, his ornari
 debent Christianae faminae. His caelibes virgines,
 vel nupturae, vel non caelibes, atque his coniugatae ac vi-
 duae, his denique omnes, non alijs, quae prostitutionis
 saepius suspicionem dant, quam virtutis (ut iam diximus)
 Utque videtur in Thamar illa, quae quia se exprin-
 xerat, et ornauerat praeter conditionem, Iuda socero
 visa est quasi prostare, quia sub velamento
 latebat, habitus qualitate quaestuarium menti-
 ente. Ex quo admonemur obiter, adversus cogres-
 sus etiam, et suspensiones providendum omnimodo
 esse. Castae enim mentis integritas, in alterius
 suspicionem maculatur, nec operatur in me quod
 adversor. quum expedit ut mores meos, habitus pro-
 muerit, ne Spiritus per aures ab impudentia vul-
 neretur! Praesertim cum pudicitiae Christianae
 satis non sit esse, verum et iam videri (ut inquit
 Tertullianus) et tanta debeat esse plenitudo

eius, ut emanet ab animo in habitum, et eructet a
 conscientia in superficiem, ut è foris inspiciat
 quasi suppellectilem suam, ut conveniat fidei con-
 tinenda in perpetuum. Hoc ad universas vitæ
 condiciones. Nam si ad placendum maritis credis
 oportere nimio vestitum uti luxu. idem Tertulli-
 anus affirmat, Bonas solis maritis suis nitatum
 placere, in quantum alijs placere non curaverint.
 Atque ut securæ sint, quia vxor nulla sit defor-
 mis marito suo, quod satis placuerit, cum electa
 est seu moribus, seu forma commendata. Nec
 putent, si Temperaverint se a compositione sui,
 odium et aversionem maritorum prosequenturas. Eo
 quod omnis maritus, castitatis sit exactor, for-
 ma vero fidelis non expectet mentitam auctam.
 legemque de placandis duris maritis ac ad vitia,
 pronisdat Paulus. Per fidem, per opera bona, &
 per castitatem. Insinuans, sola hac posse illos a-
 uertere a turpi concupiscentia aliarum, non vero
 nimiam cultus et pompam curam, quæ odibiles,
 potius vxoris maritis reddit, ut iuxta Comicum
 merito exclamant mariti. Hæc fundi nostri
 calami

calamitas. Venio autē ad Virgines inuuptas, quae omnes sub prerogativa virginali amatore habent christū. ex quibus quae prudentes sunt, et habent oleum charitatis, et virtutū in lampadibus suis, sponsum illū sortiuntur. quae autē imprudentes sūt, ab illo expelluntur duro illo verbo, Nescio vos. Interit tamen en dum ad nuptias nō venit: omnin ille est, ad amator. Ergo quae talē amatore habent, attendere debent, quibus rebus ipse delectetur, et his solū ornari, quae illi placeant. Sponsus hic seu amator, in canticis amica laudat primū dicens, quod tota pulchra sit, et macula nō sit in illa, hoc est, quod habeat mentem sanam, et sanctam animam. cum anima sancta, ut inquit Gregorius, a peccatis quotidianis se per penitentiam, et bona opera mundet, et per assiduas bonorū operū, et charitatis in proximos oblationes, iustitiam suā seruet. Deinde Sponse oculos esse ait colubarū super aquarū plenitudines, id est ut prospiciat conscientiae perspicacia de longe diaboli insidias, et laqueos ne in illis capiatur per vitia, ut solet haec avis insidias accipitris evadere oculorū perspicacia

cū in aquis vmbra illius videt, Capillos deinde assi-
 milat gregibus caprarū, quæ ascendit de monte Ga-
 laad. videlicet. ut præcepta dei ruminando, de
 monte Galaad, scilicet, de fidei culmine cælestia con-
 templetur. Dentes vero sicut greges tonsari, quæ
 ascenderit de lanacro, Vimirè, ut cū a peccatis
 omnibus in baptismo absolutam se esse recordetur,
 libenter mundi onera deponat, et ad cælestia con-
 sequenda facilius gradiatur bono exemplo, in-
 firmioribus panem commasticans. Labia autem
 illius esse sicut vitta coccinea, est eloquiū dulce.
 Id est ut flamma charitatis ardeat, et dñi quæ dicit,
 facit, verba sua, quasi sapidas escas alijs appo-
 nat. Genas vero esse sicut mali punicæ fragmina
 decantat. ut diuino seruitio ceteris fortius se af-
 fligat, et voluntates suas abneget, et per exem-
 pla sua ceteros nutriens, quasi fractus et ape-
 riens cibis, se illis offerat. Collum autem illius de-
 pignit, sicut Turris David, hoc est manu fortis
 quæ edificata est cū propugnaculis, propter hos-
 tium speculationē, id est diaboli, et vitiorū, et propter
 fortitudinē, atq; excelsā cælestium gaudiorum
 contempla

contemplatione. Denique Terribilis, ut se præbeat,
 vult castrorum acies ordinata, laudum hic, et encomiorum
 finem ponens, ut contra malignos Spiritus sciat
 pugnare, et Terribilem se exhibere hostibus ani-
 mæ, ac ducem suum sine confusione sequi. Quam
 sic formosam talibus oris lineamentis, et corporis
 compositione, deprecatur, trahere me post te, in odore
 unguentorum nostrorum currimus, unguentis Spei et pro-
 videntiæ Sponsam huius^{mo} delibutam esse sciens,
 Spei, in Tempore malo, et providentiæ in Tempo-
 re bono, quam nec mutabundi huius sæculi du-
 bii eventus, nec certi defectus movere possunt.
 Videat igitur nunc unaquæque vestrum an sit talis,
 ut amatori vel Sponso christo placeat, quædam
 Jam scit quibus ille gaudeat, et alia omnia orna-
 menta, ac confictæ speciei admiamenta Jam ab-
 iicere incipiat, nec sine his, quæ recessui, grata
 futura sit amanti. Nec inter mixtos lateat, quod
 solus vult amari hic amator. Oportet enim cin-
 cinnatulos pueros, (ut inquit Hieronymus) et
 calamistratos, ac peregrini miris olentes, de
 quibus illud est, (nō bene olet, qui semper olet).

i. musci

quasi quassda pestes, et venena pudicitiae, virgines
 christianas demerere: ne vocis dulcedines, per aure
 animam vulnerates recipiant, quae quanto licetius
 adent, tanto difficilius evitantur, Inclusaque Dana-
 en vulgi sermonibus, et blandimentis, atque affabi-
 litate, ac munusculis violant, ut cum aliquis istorum
 animi vestri ostium pulsauerint, dicatis, Ego mu-
 rus, et vbera mea Turris. Lani pedes meos, non
 possum inquinare eos, Amator enim Christus
 zelo zelat super amatas, et dicit Fortis, ut mors,
 dilectio, et dura sicut infernus amulatio ac pas-
 tulat, **וַיִּמְנֵי כְּקוֹתָם עַל לִבָּךְ כְּהוֹתָם עַל זֶרְעֶךָ**
 1. Pone me ut signaculum super cor tuum,
 ut signaculum super brachium tuum. Equibus om-
 nibus poteris Flammia coijcere, no ad hosce sa-
 les ac lepores anlicos, quos tu laudas, et a deo
 suaves esse credis, ut vitam anlicam optabilem
 reddant, decere respondere tanti amantis ama-
 tas, nec obijcientibus eos, vicem refferre quin,
 potius obturare firmiter aures, ne postea luge-
 ant, cum illo, qui aiebat. Introiuit mors per fenes-
 tras nostras. Amator enim (de quo hucusque egi-
 mus)

mus) virginū omnium Christianarū, Candidus est
 ut ait sponsa, in canticis, & rubicundus, electus
 ex millibus. cuius guttur suavissimū est. &
 totus desiderabilis. Hic solus amandus est, qua-
 do nulli est similis, et solus amandus, quādo
 solus est Talis. Alij vero omnes sperandi poti-
 us ac ~~desiderandi~~ **desiderandi** non desiderandi, quā-
 do venenū aspidū sub labijs eorū, et sepul-
 chrū patens est guttur eorū. De quo tracta-
 re latius oportet, et ideo intermittendus nūc
 est sermo noster, **WAV** ~~in~~ **prandio** exaggerare
 latius illū possumus. Nam et vehementer
 solis aestus ^{et non iniqua contentio} ad postmeridianā horam nos ~~se-~~
 traxerūt, et monēt corpora nostra et non ~~in-~~
~~ta contentio~~ relaxanda aliquantulū esse labo-
 ris intermissione. Cessemus igitur nūc, et
 dū epulis indulgemus, audiamus nostrū ci-
 ceronem de Tranquillitate animi, ex quo pos-
 tea cū restulerit, emendicemus aliquid ad
 nostrū proseguendū sermonē. Interdū tamē
 memineris, vestrū nimirū cultū, me satis co-
 demnasse. In clytorū vīrorū sententijs, ac cepisse

usu extirpare ac salis antichi seporis, (de quibus vos iac-
tatis) quod ad finem usq; persequar post epulas,
cum reliquis, ostendam enim, quales vos prestare
debeatis in illa vitae conditione, seu vocatione,
qua fuit aut Paulus) vocata fueritis: - : - : -

A PRANDIO

Quo se quisq; pacto gerere,
debeat in vocatione seu
conditione sua: - : -

FLAMINIA

PIVS nimio sumus immorata BLESILLA, pluri-
mūq; temporis & epulis, somno dedimus, & miror id qui-
dem, cum in me soleas a somno alias, mis excitare
disceptationibus, seu pernicatia: - : -

BLESILLA; Nihil ad rem, curabitur, ut
hanc temporis intercapedinē, qua sermonē intermi-
simus, vigilantiori cura, et studio cum usura resar-
ciamus. Importunus enim aestus, in causa fuit, quo
te nō fecerim citius expergefieri. Expectabam enī
ut senior

ut lenior flaret Zephyrus, et Sol aliquatulum declina-
ret, ac vespere ortus nobis amariorem pratum redde-
ret, ubi possemus commodius discubere, et ad limpi-
dissimas fontes saturigines descendere, atque ad col-
loquium nostrum redire, suavius. Nunc vero quando
ad libitum haec cesserunt. Incipiamus, Si non fallor,
finem colloquio ante prandium fecimus in illis Psal-
migraphi verbis, Sepulchrum patens est, guttureorum
et venenum aspidum sub labijs eorum. quo insinuaba-
istorum Palatinorum Juvenum ingenia, atque artes, cum
quibus colloquimini, quibusque curatis semper pla-
cere, verbis ac salibus. Atque istos monstrabam,
vos debere despiciere cum suis senocinijs, ac salibus,
ac vilipendere, dum falso creditis ab illis amari
ac diligi. Quippe qui dicant, incitantia esse
vestra verba, quibus eos pellicitis, ut vos expotent,
et garrulas vocent, et loquaces, dum creditis lepi-
das ac disertas ab illis indicari. Id quod osten-
demus nunc, ut sit vitandum, firmioribus sente-
tijs. In primis tamen Hieronymi. qui suam Clea-
tiam docet, ut sermo illi sit moderatus, et parcus,
et qui necessitatem magis loquendi indicet, quam

voluntate. Atque ut ornent prudentia verecundia. et
 ut (quod precipuum in feminis semper fuit) cunctas
 in illa virtutes pudor superet. diuque ante cōsi-
 det, quid loquendum sit, et adhuc tacens, provide-
 at ne quid dixisse pœniteat, et ut verba sua pon-
 deret cogitatio, et lingue officium, animi libra dis-
 penset: eo quod scriptura dicat. Verbis tuis faci-
 to stateram, et frenos ori tuo rectos, et attende
 ne forte labaris lingua. Pantam quoque illam lau-
 dat, quod tardam esse ad loquendum, velocem
 vero ad audiendum sentiat, iuxta illud præcep-
 tum, Audi Israel, et Tace. Una virtute Sapi-
 ens, Ecclesiastes iubet nos armari, his verbis,
 Ori tuo fac ostium, et rectem, et in verbis tuis in-
 gū et stateram, et Psalmista petit, Pone domi-
 ne custodiam ori meo, et ostium circumstantia labijs
 meis, qui nō obdi suo ori parietem, sed ostium pe-
 tit, quod videlicet aperitur et clauditur. Unde
 et omnibus cante discendum est, quatenus os dis-
 crete, et congruo Tempore vox aperiat, et rursū co-
 gruo taciturnitas claudat. feminis præsertim,
 quibus vigilantior attendendum est, iuxta Grego-
 rium:

rum, a quanto rectitudinis statu depereat: dum per multiplicia verba dilabuntur, Humana etenim mens, aqua more, circumclusa, ad superiora colligitur, quia illud respicit unde descendit, et relaxata, depereit, quia se per infima inutiliter spargit, cum super se vacuis verbis, silentij censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interim ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquiū sparsa, a secreto se, intimę considerationis excludit, Totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla munitione custodia circumcludit, propter quod scriptum est Proverbi, עִיר פְּרוּצָה אֵין חֹמָה אִישׁ אֶעֱפֹץ. i. Urbs patet et absque murorum ambitu, vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Et in Psalmis, אִישׁ לְשׁוֹן בָּל אִישׁ לְשׁוֹן בָּל. i. Vir linguosus non dirigetur super Terram, nec non apud Esaiam. Cultus iustitię silentium, et in Iacobo. Lingua, inquietum malum, plena veneno mortifero. de quo malo, veritas quoque per se met ipsam nos admonet, ut fugiamus, Timētes perniciem, quę loquacitati imminet, dicens. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddet

de eo ratione in die Iudicij. Si vero de otioso sermone ratio exigetur, pensemus quæ pœna multiloquiū maneat, in quo etiam per noxia verba peccatur! In quam etiā sententiā legimus apud Gregoriū. Quædam sanctimonialē fuisse, quæ carnis quidem continentia habuit, sed linguæ procacitate, atq; stultiloquiū nō declinavit, qua defuncta, atq; in ecclesia sepulta, eādē nocte custodem eiusdem ecclesiæ per revelationē vidisse, quia defuncta ante sacrū altare secabatur, et pars superior illius igne cremabatur, pars vero inferior intacta remanebat. Vide tu igitur nūc Flaminia, quod sit præmiū loquacitatis apud deū. & videbis quoq; quod sit apud homines. Apud deū videlicet ignis, Apud homines vero, despectus, Quoniā et si in presentiarum vos garrulas laudant, homines, postea despicunt (ut iam dixi) ut garrulas nec garrulis volūt nubere, Plantū legentes, qui ait, Verbum illud verū esse experior vetus, aliquid mali esse propter vicinū malū, quæ enim multa loquitur, multis assuetæ est loqui, et multiloquio ante surrebit sapissimæ in cupidinem proximitas. Non

nubere

mutandum est igitur illis, quae multa loquuntur, quod
si Ethnici hoc vitium loquacitatis damnant, et as-
serunt, quod tacita mulier sapiens bona est, quae
loquax: Quid ni fugiemus nos in illud incide-
re? Si Solomonem legimus dicentem, Mulier stul-
ta, et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino
sciens, sedet in foribus domus suae super sellam,
excelsa in urbis loco. Et necordi loquitur, Aqua
furtivae dulciores sunt, et panis absconditus sua-
rior, et ignoravit quod in profundis inferni sint
convincae illius. Quasi dicat principium tanta cala-
mitatis esse loquacitatem. Nec immerito, cum idem
affirmet, quod in multiloquio non decet peccatum,
qui autem moderatur labia sua, prudentissimus
est, Nec non illud. Mors et vita in manibus lin-
guae, qui diligunt eam, comedent fructus eius.
Denique Hieremias, bonum esse sentit prestolari
cum silentio salutare Domini, quod si dicis Fla-
minia, verba evolare, et nihil ad rem facere,
ubi animus purus est? Audi Bernardum cla-
mantem. Quod vana studia, nuggeris, ver-
bosa, et curiosa, atque ambitiosa, etiam sanctum ani-

mu vel Jam perfectu dissipant, et corrumpunt, si
 cut enim aliquando, magno labore perseverate, vir-
 tutes trahuntur in affectu, sic vitia lenissima, lice-
 tia opportunitate, si transeunt in conspersionem:
 quasi naturalia efficiuntur. Unde patet liquido,
 disuendam esse omnino loquacitatis consuetudi-
 nem, ad quietem animo parandam, Consuetudo
 namque iuxta philosophos, est secunda natura. De
 viris autem, quid ultra dicam, cum quibus colloqui
 mini? nisi illud Hieremie. Attendi et ascultavi,
 nemo quod bonum est loquitur. Qui ergo nihil boni
 loquitur, non ascultandi sunt, credende sunt enim
 mentes illorum inquinatae malitia, ac veneno spur-
 citiae, quando in verba iniqua semper prorumpunt.
 Quibus potius ob hanc causam obturandum est os,
 ut leprosis in Testamento veteri, quae respondenda
 cum liqueat, causam eandem esse obturationis. ex
 Cyrilli sententia, his atque illis. Leprosus namque, om-
 nes corporis partes nudas habere praecipitur, et os
 tantum aperire: eo quod, ei qui in lepra peccati est,
 ex domini Jussu, clauditur os, ut fiducia sermonis,
 et loquendi auctoritas excludatur. Nam qui seipsum
 non

no docuit, alium minime docere potest: Ita et isti
male agendo, loquendi facultate debent perdere.
Nec illis unquam fidere oportet, de quibus Sapiens

אדם בלי על איש און הולך עק שנת
פה: קדק בענו מלל בר גלו מרה באצבתיו;
מה פכות בלבן הדש רע בכל עת מדינים
ישלה: על כן פתאים יבא אידו קע ישבר ואין
מרפא

Id est Homo apostata, in inutilis graditur ore
peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur,
prano corde machinatur malum, et omni tempore
inurgia seminat. Hinc ex templo veniet perditio
sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medici-
nam. Quin potius fugienda feminis est, et detestanda
illoz consuetudo. Nam quis tetigerit pice,
inquinabitur ab illa, et nemo alligabit in sinu
igne, et vestimenta non comburet, nec ambulabit
super carbones ignis, nec pedes incendet. Ab his
inqua) fugiendum. no en) his, (vt tu gloriabaris)
in sumendum tempus, ita vt no sentiatur, et multo-
roz annoz ambitus otiose dilapsus: . . .

FLAMINIA; Satis Jam satis, mea Blesilla,

Tuis Verbis, veridicisq; Sententijs mea sententia,
ferme confutasti, ac penitus mentis meae caliginem
dissipasti, adeo ut Jam vitæ aulicæ condi-
tionem detester, ac detestabilem prædicem, dū mo-
do, ut superius promisisti, (Si sat memini) solidis
argumentis ac sententijs colligas, quæ vitæ ratio-
nem potissimum probandâ expetendamq; censeas,
simul ac doceas, qualiter se debeat unaqueq; nostrum,
gerere in quovis vitæ instituto, quæ delegerit, cu-
Teste Paulo, Unus quisq; in vocatione, qua voc-
catus fuerit, se debeat exhibere perfectum, et quod
unus sic, alius autem sic.

BLESIILLA; Placet: Dū modo verbis meis
è simplicitissimo Sanctorum virorum fonte hausti Zi-
ramia nō supersemines prophanarum opinionum. Id-
naq; offendit maxime admonētium aures. Sat nos-
ti, me utraq; fortunâ esse expertâ, aulicâ scilicet,
et priviatam, et ideo de utraq; posse abutere
agere ac veridice. Audi igitur, quando vis, et
primū quo se pacto gerere debeat unaqueq; ves-
trum, meo Iudicio, edisseram, demde (ut petis)
quid sit expetendum. Primū de aulicis loquor, quas
modeste,

ingenium cunctari et semper se contrahere, propter
 obscuritatem, et in otia remotam vitam, non corpori-
 bus modo, verum etiam animis marem conciliare, et
 fontes cere, non secus atque aquae latentes, propterea
 quod umbra sint opaca, torpeant, nec proficiant.
 Quam ob causam censeo Licurgum, Τα μηδὲ σωμασ-
 τῶν παρθέρων δρόμοις, καὶ σταλαίς, καὶ βολαῖς δίσκων,
 καὶ ἀκοντίων διεπόνουσι, ὡς ἢ τε τῶν γυμνασίων ῥυθ-
 οῖς ἰαχυρὰν ἐν ἰαχυροῖς σωμασῶν ἀρχὴν λαβοῦσα βλα-
 σάνη βίβλου, ὡς αὐτῶν καμὸς ἅμα καὶ ραδίως ἀγώνι-
 ζοῦντο πρὸς τὰς ἰδίους, ἀφελίον αὐτοῖς θρύψιν, καὶ
 σματροφίαν, καὶ θηλύτητα σταλαί. 1. Corpora vir-
 ginum insisse exerceri cursus, et passio, ac arcu, et
 disco, ut veluti arbores, forti radice meliore pro-
 ducunt fructum, ita ipsae ferentes labores honestos,
 facilius possent resistere doloribus, an ferendo il-
 lis omnem effeminatationem, et luxum virtus ac vestitus.
 Nec ego haec dixerim, quod omnino nos sic exerceri
 cupiam, ut ille, (nam non est in usu apud nostrates)
 Sed ut his quae patitur probata consuetudo, mode-
 rato labore, animos et corpora exerceatis: Ut enim
 est apud Platonem. In cella quadam reservandus est
 corporis

corporis labor, ne fragiles leniterq; cedentes animi ad doctrinae studia fatigati succumbant: Cuiusmodi disciplinae labores sint et somni. Vellem itaq; ut nec nimio labore, nec otio torpentes mediū sequeremini. Si Bernardus inbet fugiendā esse otiositate, quod mater mugari sit, et non circa virtutū. Sed ut si quae sunt inter vos, (quae vel prima limina philosophiae salutavit) ut ad hanc confugeretis. Philosophia namq; iuxta Platonē, nil aliud est nisi domū deorum. Haec etenim nos primū ad illorū cultū, deinde ad ius hominū, (quod sitū est in generis humani societate) ita ad modestiā, magnitudinēq; animi erudit, teste Cicerone. eademq; ab animo tāq; ab oculis, caliginem dispuhit, ut omnia, supera, infima, prima, ultima, et media videremus: unde divina prorsus videtur Platoni, vis: quae tot res efficiat, et Tantas. Vellem etiam ut cū hac versaremini, dicentes cum Solomone, Proposui sapientiam adducere mihi ad conuiuandū, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et Tediij mei. Intra in domū meā, conquiescā cū illa, non enim habet amaritudinē conuersatio illius, nec ta-

diu conuictus illius, sed letitia et gaudium, sat constat enim verum omnino esse quod idem ait in Proverbijs
 כִּי תֵבּוֹא הַחֵמָה בְּלִבְךָ זְדַעְתָּ לְנַפְשְׁךָ
 יָנַעַם: מִזְמַחַת שֶׁמֶר עֲלֶיךָ תִּבְזֶנָה תִּגְצֹר
 כִּהְלַח עֲלֶיךָ מִדְרֶךְ דַּע מֵאִישׁ מִדְּבַר
 תִּהְיֶה כֹזֶת idest, Si intraverit sapientia cor tuum,
 et scientia animæ tuæ placuerit, consiliū custodiet te,
 et prudentia servabit te, ut erraris a via mala,
 ab homine qui peruersa loquitur. Quæ autē e nobis
 Philosophiæ nō dederūt operam, saltem ab hisce
 alijs vellem ut audirent, qualiter se gerere debeant
 in rebus humanis. Etenim hisce conuinceret, ex
 assiduitate enim aliquid sibi corradent boni: Cum
 frequens imitatio sæpe transeat in mores: & consuetudinis
 (teste Cicero) magna sit vis. Si enim pernoctant
 venatores in vine, et in motibus viri se patiuntur
 si pugiles, castibus contusi ne ingemiscent quidem,
 et istis Olympiorū victoria, consularius ille antiquus
 videtur, et si Gladiatores perditī homines aut barbari,
 plagas ingentes perferunt, tantū exercitatio inter eos
 et meditatio ac consuetudo valet, Nos, nata ad gloriā,
 exercitacione et assidua

& assiduitate audiendi Inchytaru' foeminaru' medita-
 tiones nostros animos, no' roborabimus aduersus in-
 vtulia! Reliquis autē exercitationibus anticis vel-
 ut Musicis, et saltationibus sic vos dare operam
 cupere, ut no' in disco mendax quisq; mitteret no-
 bis caput veritatem dicentis. Vult Herodes impij,
 caput Joannis, puella saltatrici. In vestibus autē,
 quendam modum vellem toties ab omnibus, nec no'
 a me ipsa superius comendatum, quando Modus om-
 nibus in rebus (ut ait Comicus) est optimus. Nimia
 autem omnia, nimirum exhibent negotium homini-
 bus. Opto etiam in vobis (sicut iam saepissime
 dixi) pudicitiam cum gravitate mixtam, et ut me-
 tis integritatem, candorem, et sinceritatem vestes
 ipsa' praeferrent, no' auri cupidinem, in quo prima
 delicta populi Israelis denotantur. Quod spernere
 sciebat illa in Penulo Plauti (nequē nos) quae bono
 ingenio malle se esse ornata, quae auro multo aie-
 bat: Quoniam aurum in fortuna invenitur, natu-
 ra ingenium bonum: et bona se quae beata esse, nimio
 dici velle. Praeterea vellem ut in publicum prodi-
 retis (si quando prodire oportuerit) medicamentis

et ornamentis instructæ Apostolorum, sumetes de simp-
 plicitate candorem, et de pudicitia ruborem, de
 pictis oculis verecundiam, et spiritus taciturnitate,
 atq; inserentes in aures sermonem dei, et annexetes
 cervicibus iugum Christi. Juxta Tertullianum: ves-
 titæ serico probitatis, ac bisino sanctitatis, et
 purpura pudicitia: ut sic pigmentatæ deum ha-
 beretis amatorem (sicut etiam jam dixi). Utq; pro di-
 retis in publicum raro, et armatæ clypeo galeaq; vir-
 tutu, nõ cum Diva illa ad videndas filias regio-
 nis alienæ (quæ tanti exitij causa fuit.) Nã vene-
 na nõ dantur nisi melle circumlita, sicut inquit Hi-
 eronymus, et vitia nõ decipiunt nisi sub specie
 umbræ virtutis. Ea quæ, vobis conferre arbitror
 etiam ad maritos dignos ambiendos, potiusq; alia,
 virtutem etenim ambire oportet nõ factoribus. O
 sat factoru habet, (ut ille ait) qui recte vivit.
 Vellem quoq; ut in vestitu careretis gloriari,
 ut jubet Solomon, nec in die honoris vestri extol-
 li, quoniam mirabilia sunt opera altissimi so-
 luis, et abscoisa: & multi Tyranni sederunt in
 throno, et in suspicabilis portavit diadema: quoniam

cum,

cum Hester loqueremini ad dominum, tu nosti quod
 oderim insigne capitis mei, et tantum ducam in
 munditia, velut pannum menstruatam. Nullique
 vos nunquam de generis nobilitate preferretis, nec ob-
 scuriores illas et humiliore loco natas, vobis
 inferiores loco putaretis: eo quod nesciat Chris-
 tiana lex, personas accipere, nec condiciones ho-
 minum: sed sola apud dominum nobilitas sit, non
 servire peccatis, vellem demum, ut adulatorum
 assentationes, et noxia blandimenta istorum (cum
 quibus colloquimini) fugerctis, velut quasdam a-
 nimi pestes, ut superius monui. Nihil est etenim
 quod tam facile corrumpat (ex Hieronymi iudicio)
 mentes feminarum, ac nil, quod tam dulci et molli
 vulnere animum feriat, quam hoc. unde quidam
 sapiens dicit, Verba adulatorum mollia, feriunt au-
 tem interiora mentis. Et dominus per Prophetam.
 Popule meus, qui beatificant vos, seducunt vos. Vel-
 lem praeterea, ut taciturnitatis (satis iam a-
 me comendatae) rationem haberetis, curiositate vitia-
 tes, quam tantum apud antiquos damnata est, ut
 qui curiosi sunt, Lamiae comparentur apud Plutar-

cum, Cui moris erat, domi quidem canere cæca, cum
 oculos haberet in vasculo repositos, Verum ubi pro-
 dibat foras, reponerat oculos, et oculata conspicietur,
 ut solent curiosi. Qui foris, hoc est, in rebus ali-
 enis ob malevolentiam, sibi curiositate velut oculum
 imponunt: In suis autem erratis frequenter per ig-
 norantiam labuntur: ad hæc nec oculos habentes
 nec lucem. Et ideo isti nil aliud dicuntur esse, quam
 inutilis quædam collectio, ac repositio peccatorum a-
 lienorum, qualis erat illa civitas, quam Philippus,
 à pessimis quibusque, ac deploratissimis condita,
 ex revocavit. *τοὐποπόλις*. i. pessimorum civita-
 tem. Ac propterea, laudabilis est apud authores
 Loerensium lex. ut si quis peregre reversus, rogas-
 set, numquid novum, eum multa afficerent, dicentes,
 quod curiosi semper optant malorum annonam, ac
 negotiorum multitudinem, novitatesque rerum, et muta-
 tiones, quo semper habeant quod venietur, et mac-
 tent. Exoptem demum, ut nulli unquam omnino detra-
 hatis, nec aliorum vituperatione, laudabiles videri
 moliamini, memores scripturae dicentis, Noli di-
 ligere detrahere, ne erra dicaris, et consentaneus
 esse

esse cui derogantibus aduersus proximum tuum, et
 alibi, Sæpi aures tuas spimis, et noli audire lin-
 guâ nequâ. Nihil enim Testimonio Hierony-
 mi, tam inquietat animû, et nihil est quod ita
 mobilem mentem faciat, ac lenem, q̃ facile om-
 nia credere, et obtrectatorû verba temerario metis
 assensu sequi. Hinc enim crebra dissensiones, et
 omnia iniusta nascuntur. Hoc certe est quod sæpe
 de amicisissimis etiâ inimicos facit, concordes qui-
 dem, sed credulas animas mali loqua lingua
 dissociat. Vellem etiâ ut invidia prorsus a no-
 bis abesset, de qua Iure scriptû est. Per invidiâ
 introiit mors in orbem Terrarû, Nam invidi ut
 legimus in Gregorio, dñ se ista peste intrinse-
 cus consumunt, etiam quidquid in se aliud bo-
 ni habere videntur, interimunt. de qua et So-
 lomon dicit. vita carminû sanitas cordis, putredo
 ossium invidia. quod vitium, difficilins extirpatur
 q̃ alia: et ideo vigilantiori cura statim cû nascit,
 enellendû est. Nullus enim sicut inquit Bachis il-
 la Plauti) est, qui nõ inuideat rem secundam ob-
 tinere alijs. Unde Fabius apud viuentes nõ spe-

vabat de futura invidiam ita omnes hoc morbo
 contaminatos esse senserat: cui aiebat, Parco nomi-
 nibus inuentiu, veniet laudi suu tempus, ad pos-
 teros enim no durabit invidia. Itaq vellem ut
 invidereent alie vestris moribus, animiq integri-
 tati ac candori: vos vero no invideretis aliarum
 divitijs, et sumptibus nimijs, atq pompis, de qui-
 bus saepe numero (ut sunt mortalium res) cu Hie-
 remia dici potest, Filij Sion in chyti, amicti au-
 ro purissimo, et qui nutriebantur in croceis, am-
 plexati sunt stercorea. Vellem quoq ut Principi-
 bus vestris (quae in aula degitis) subditie essetis
 propter Deu, (ut inquit Paulus) no propter falsa
 honoris auram, seu mentita dignitatis fas in-
 de quibus late jam egi. Latinsq agit Solomo cu
 ait, ελπίς ἀσέβου ὡς φερόμενος χροῦς ὑπὸ ἀνέμου,
 ἢ ὡς πάχνη ὑπὸ λαίλαπος διαχυθεῖσα λεπτή, ἢ
 ὡς καρπὸς ὑπὸ ἀνέμου διελυθῆν, ἢ ἢ ὡς μερία κα-
 τὰ ὑψότου μονομήρου παρὸ δευσε, et spes impij tanq
 quae tollitur lanugo a vento: et tanq spiritus a
 procella impulsus gracilis, et tanq fumus qui a
 vento diffusus est, aut tanq memoria hospitis
 vniuersi

vniuersi

vnius diei preterentis. Sed ut illis obediretis, eo quod
 dominus per Prophetam dicat. quod bonum est viro
 cum portaverit iniquum ab adolescentia sua, et alibi,
 ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia, ubi au-
 tem est humilitas, ibi est sapientia. Vellem etiam
 ut quod mandatum saepe lucerna est, et lex lux,
 teste Sapiente, et via vitae in crepatione. in humi-
 litate et patientia, fide, ac modestia illis miser-
 niretis. Aliquando etenim Principum terror vobis
 erit. Typus horribilis illius inferni Terroris, et
 ob hunc vitabitur alterum. Si hostias viventes per
 istorum ministerium et obedientiam vos obtuleritis deo,
 qui humilia semper respicit, et alta a longe cog-
 noscit. & quia prima et precipua pars ad Plac-
 dos Reges lingua est, illis Vellem ut libaretis
 linguam, ut fecit Bias ille senior, qui cum ab Ama-
 si de insulis esset carnes ad victima optimas mit-
 tere, linguam pecundi eximere, protinus ad Prin-
 cipem misit, (nec impune sane) cui responsio mol-
 lis frangat iram, et sermo auris suscitet fu-
 rorem. Quoniam vero finitum boni perfecta est
 obedientia iuxta Bernardum, et profectus, subijce-

re corpus suu, et in seruitute redigere, atq; perfec-
 tio boni, consuetudinem vertisse in delectatione,
 vellem ut opera vestra bona, et mentis puritas
 sic lucerent coram omnibus, ut si Principes boni
 fuerint, illis essetis gratae, sin vero improbi, esse-
 tis illis pudori, alijs vero subditis exemplo ser-
 uatori, tam sancte tamq; grauiter disponentes
 vitam, ut de vobis, sinis tri aliquid ne frigi
 quidem posset. Dum enim, teste Hieronymo, ad-
 uersus obtrectatorum libidine pugnat merito mag-
 nitudo, ne fingere quisq; audeat, quod a nullo
 putat esse credendum. Tandem vellem ut fine
 loquendi pariter audiretis a Solomone, quem
 omnibus imponit In Proverbys. scilicet ut
 Deum timeretis, et mandata eius observaretis. quia
 hoc est omnis homo, atq; cueta qua fiunt, addu-
 cet deus in iudiciu pro omni errato, si ^{ue} malum,
 sine bonu sit. Et quando hic est finis. no est
 cur ultra debeamus progredi. Nam modo, vna
 quaq; vestru mediu, sibi comodo ~~ad~~ ad tale
 fine, eligere potest ex his, qua recessui, tam vir-
 go quam nupta. nec no est vidua. Quamq; em
 varia

Varia sint itinera, unus tamen idemque Trames,
est et itinerum finis. Ad omnes enim pertinet
virtutem diligere, eamque credere se ipsa esse contē-
tam, ut pote omnium dominā et Principem ex
verbis Comici dicentis. Virtus præmiū est optimū
virtus omnibus rebus antecit profecto: Hæc liber-
tas ac salus, vita, res, atque parentes, et patria,
et prognati utantur, ac servantur, at virtus
sola, omnia in se habet, et omnia adsunt bona,
quem penes est virtus. Hæc dux omnium viarū
hac duce nemo vestrum a via potest aberrare
quid enim, inter has atque illas differatur. ni hil
plane (sicut superius quam oberrime discerni) quæ
enim virgines sunt, quando viris sunt nupturæ,
debent non illam esse dotem ducere, quæ dos di-
citur, sed pudicitiam, et pudorem, et sedatam
cupidinem, ac dei metum, parentum amorem, et cog-
natorum concordiam, atque ut sint viris morigeræ,
et munificæ bonis, ac prossint probis. Quæ vero
Jam sunt nuptæ sumptui modum ponere, et seta-
les esse ostendere, de quibus præciū esse præcul,
et de finibus terræ, decantet noster Solomon

castas videlicet, et hospitales, et benignas esse atque
 viris subditas amore, non timore, at morum simili-
 tudine, Ita habentes sollicitudinem subditorum, ut
 non timeant frigus, et sanam ac firmam manibus suis
 elaborantes, tam assiduo familiaris studio, ut maritos
 beatos, ac venerabiles reddant inter senatores terrae;
 Vacatione animae suae interim tribuentes et eligen-
 tes remotum locum, in quem veluti portum quasi ex mul-
 ta tempestate curarum se recipiant, non retrahentes
 se a suis, imo ibi meditantes quales suis se praebere
 debeant, ex Hieronymi praeccepto, et secure
 canentes cum Propheta, Perambulabam in innocen-
 tia cordis mei, in medio domus meae. et merito
 secum Job iactantes, Oculus eram caeco et pes clau-
 do, et mater eram pauperum כִּי כִנְיָ עָוַר יָדָדִי,
וְיִי כִנְיָ אֲבִי וְכִנְיָ אֲמִי אֲנִי נָה quia ab infan-
 tia mea crevit mecum misericordia, et de utero
 matris meae egressa est mecum. Quae autem viduae
 sunt, ut pote quae ab istis duabus vitae condi-
 tionibus, quid sequendum observandumque sit, erunt ex-
 pertae, facilius norunt se immaculatas serua-
 re ab hoc saeculo, cum Anna illa Prophetissa in te-

plo,

plo Domini longu' aetatis tempus transigentes, expec-
 tantes cu' Symeone redēptionē Israel, sine querella,
 ac sine alijs, quae viduis sanctis interdicit vaselec-
 tionis. Igitur veniamus Jam ad illam vitae con-
 ditionē, quae Inter omnes optanda ac diligenda est
 ad beatē vimen dū et secure: Ut superius promisi:
 satis enim ac satis, quod vadata fueram tibi sol-
 ni, si ostendi qualiter se debeant gerere singula
 vestru' in illo vitae statu, quē sortite fueritis.
 Quonia' Tamen oblongus est hic vitae beatae tra-
 mes, (quam probare, quae e' qualis sit mo' hincur,
 ut noctu illum condamnus. cessare oportet tantis
 per, et dissuere colloquij filium, ut postea nec-
 tamus illu' fortius ante lucē, de tanta enim re,
 in tenebris agere, nefas esset.

TERTIUSDIES .i.

Tertia Colloquij pars, in qua agit
 de Beata vita, qualis sit et
 qualiter sequenda:

BLESILLA;

VIDEL'S MEA, FLAMINIA, Ut videt hoc

hi

pratu! vides q̄ multi coloribus, varijsq̄ floribus, se
 nobis prabet amœnius multo, q̄ cæteris diebus! vides
 præterea quã leni aura, Fano nius, adhuc solito dul-
 cius, summurat, et fontes effluunt suaviori susce-
 pro! cur obsecro! nisi quia hodiã de beata vita, su-
 mus acturæ, quæ semper floret, et vernat, quæ q̄
 æstatem aut intemperiem nescit. Agamus igitur
 de illa nunc maiore, desyderio, ac fermentiore ani-
 mo. Si tam res ipsa, q̄ locus, nos vltro invitant.
 Primum igitur, quæ sit vita beata, disseramus. pos-
 tea dicemus, utrũ sit hæc optanda, an non! Igi-
 tur Cicero quia in vita est aliquid mali, eam sen-
 tit beatam esse nõ posse: Velut ne seges quidẽ
 spicis uberibus, et crebris, si an enã vspiam habu-
 erint. Hæc mercatura questuosa, si in maximis
 horis parũ aliquid damni contraxerit. Idem
 quoq̄ an ter est vitam, cui desit virtus, handqua-
 quam esse beatã. Quasi dicat, hoc solũ bonũ
 in vita esse, et e contrario, vitium, dici posse ma-
 lum, ac infelicem illam vitam, in qua insunt
 vitia. Unde Socrates in Gorgia, cum esset ex eo
 quesitũ Archelan Perdicæ filium, (qui tã fortu-
 natissimũ

natissimus haberetur) nonne beate vivere putaret.
 haud scio (inquit) nunquam enim cum eo sum locutus, nec
 possum hoc iudicare, cum ignorem quae sit doctus,
 quaque vir bonus: In quibus sita est vita beata.
 et miser Archelaus habeatur. certe, si minus.
 Xenocrates autem ille gravissimus, Philosophus,
 exacerat tanto perire virtutem, extennat caetera
 omnia, et abiicit: ut in virtute non beatam modo
 vitam, sed etiam beatissimam ponit. Dionysius vero
 Tyrannus, cum quidam ex assentatoribus eius Damo-
 chides nomine commemoraret eius copias, et maiesta-
 tem, negaretque nunquam beatiorum quemquam fuisse, col-
 locari iussit hominem in aureo lecto, et strato pul-
 cherrimo, ac textili stragulo magnifice picto,
 tum ad mensam, eximia forma pueros delectos
 iussit consistere, eosque metu illius intuentes di-
 ligenter ministrare, atque unguenta, coronas, odo-
 res, et mensas conquisitissimis epulis cura illo
 extrahi, ut beatum esse crederet: deinde in hoc
 medio apparatu fulgentem gladium elacumari,
 seta equina aptum demitti, ut impenderet illius
 beati cernicibus: uno viso exoravit ille Tyrannus,

ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Vbi mi-
 detur satis declarasse Dionysium, nihil esse ei bea-
 tum, cui semper aliquis terror impendat malus,
 tanquam his, qui divitiarum ac cupiditatum caeno obno-
 tuuntur. Quam ob causam veteres illi Philosophi,
 in beatorum misulis frangebant, cuius naturae esset
 vita Sapiantum. Quos, cura liberatos, nullum neces-
 sarium vitae cultum, ^{aut} apparatus requirentes, nihil
 aliud esse acturos putabant, nisi ut omne tempus
 in sumerent in quaerenda ac discenda naturae
 cognitione. Perspicuum autem est, hominem ani-
 mo, corporeque constare, et cum primae sint animi
 partes, secundae corporis, animusque ita consti-
 tutus esse, ut et sensibus instructus sit, et habeat
 praestantiam mentis, cui tota hominis natura
 pareat, in qua sit mirabilis quaedam vis ratio-
 nis, et cognitionis. Si igitur huic parere tota
 hominis natura debet, Is beate vivet solus, qui
 sic vivit, ut potius corpus pareat animo, quam
 animus corpori, (ut sunt auctores hi Philosophi)
 quos citamus. Idque merito, cum teste Cicero-
 ne, animorum nulla in terris origo inveniri pos-
 sit:

sit: Nihil enim est in animo mixtū atq; coactū,
 aut quod ex Terra natū, atq; fictū esse videat,
 nihil q; aut humidū, aut flabile, aut igneū, ex
 eis co enim cogitatio atq; intellectus emanat,
 quæ divina sunt, nec inuenietur unquam unde ad
 hominem venire possent, nisi a Deo, unde liquet,
 singulari esse quandā naturā atq; vim animi,
 se vincētē ab his usitatis naturis, atq; illud
 omne, quid quid sentit animus, et quid quid sa-
 pit, vult, ac viget, celeste et divinum esse. Atq;
 hac causa, æternus ut ille sit, necesse est, et dif-
 ferens a natura humanarū rerū. Beata autē
 vita æterna est, et differens quoq;, ac ideo, illud
 solum beate vivere credendū est, qui animi ro-
 bore ac magnitudine, et rerū humanarū despectu,
 vivet, sola virtute contentus. Hoc enim modo,
 cum socrate illo securus et imparidus dicet.
 Optimo cuiq; nō mali quidā enervare potest, nec
 vivo nec mortuo. Dicetq; cū Theodoro philosopho
 nō ignobili, illud, quod ipse Regi Lysimacho mi-
 mitanti sibi crucem. Istis quaeso ista horribi-
 lia mimitare purpuratis tuis, Theodori quide-

nihil interest, summi ne, an sublimē putrescat. cui
 animus incorruptus et sempiternus nūq̄ intere-
 at, nec finem habeat ille, nec vita beata quam
 possident, qui animo tantū vivūt. Cui sententiā
 consonat illud Augustini. Qui nō eget animo in
 quo posita est vita beata, nihil eget, quia ipse
 perfectus sit, nullus autem perfectus, a liquo
 eget. Quod enim videbitur necessarium, sumet,
 si affuerit, si nō affuerit, non eum istarū rex fran-
 get inopia, Omnis nāq̄ Sapiens fortis est, nullus
 autē fortis aliquid metuit, nec aliquo indiget,
 nā Sapiencia nihil est aliud, q̄ modus animi, hoc
 est, quo se se animus librat, ut nec excurrat in
 nimium, nec infra q̄ plennū est coarctetur: Excur-
 rit autē in cupiditates, et dominationes ac super-
 bias, ceteraq̄ id genus, quibus immoderatoꝝ ani-
 mi sibi læticias atq̄ potentias cōparari putāt:
 coarctatur autē sordibus et Timoribus, ac mærore
 et cupiditatibus, atq̄ alijs, quibus homines miseros
 esse, etiā miseri confitentur, Cum vero Sapienci-
 am contemplatur, cuiq̄ ad ipsā aspirat, nec se ad
 aliarū rex fallaciā inclinat, quarū pondere a Deo
 suo.

Suo cadere solet, Tunc nihil in moderationis Timet,
et ideo nihil egestatis, nihilq; miseria. Unde beatus
efficitur animus, et beate vivit ille solus, qui tale
possidet animu. Præterea Teste eodem Augusti-
no, Si bona quis velit et habeat, beatus est. Si an-
tem mala velit, quamvis habeat, miser est. velle
enim quod nõ deceat, idem ipsu miserrimu est, nec
tam miseru est nõ adipisci quod velit quisq;, quã
adipisci velle quod non oporteat, eo quod plus ma-
li, pravitatis voluntatis afferat, q; fortuna cuiq;
boni. Hanc enim si quis habet bona, id certe ha-
bet, quod terrenis omnibus regnis, voluptatibusq;
omnibus ante ponendu est. Quisquis autẽ eam nõ
habet, caret profecto illa re, quã præstantiorem
omnibus bonis in potestate nostra nõ constitutis
sola illi voluntas per se ipsã daret. Voluntas au-
tem nõ est nisi in animo. Qui ergo animu æquu
habet, is solus beate vivit, quando voluntate bo-
nam habet: Aliud est enim vivere, aliud se sci-
re vivere, id est beate: Et melior multo est vitæ
scientia, quã ipsa vita: superior namq; vita, et
syncerior est scientia, quã scire nemo potest, nisi

qui intelligit, intelligere autē est, luculentis illustrius perfectiusq; vivere. Nam genus aliarum rerum est nobis commune cum belluis et actio ferina vitae est appetere voluptates corporis, et vitare molestias. Alia vero quaedam, quae iam cadere in feras non videtur (nec tamen in homine ipso summa sunt) ut iocari et ridere, humana quidem esse, sed infima hominis indicat quisquis de natura humana recte indicat; Deinde amor laudis et gloriae, et affectatio dominandi, quae tamen si bestiarum non sunt, non tamen earum reprobatione, bestiis nos meliores esse arbitrandum est. Cum vero rationi appetitus subditus est, tunc beatè vivere, et vivere scire dicendum est. Juxta Augustinum, ac iuxta Chrysostomum, ubi praecipuam vitae beatæ partem, esse honorem asserit. honorem autem verum in animi virtute ac scientia consistere, eo quod talis honor nec a Caesaribus praestetur, nec adulatione, coquiratur, nec pecunia praeparatur, quia nil fucati in se habeat, nil q; simulati aut occulti, Illiusq; successor nullus sit, et accusator nullus, nulliq; ingratus

ingratus. et nec Temporibus mutetur, nec Tyrannos
patiatur, nec picturam tabulam metuat aliquando
deleendam, ut potest prorsus absit a divitiarum am-
bitione, quae non solum nihil virtutis animo conferat,
sed et si paratum aliquid et reconditum inuenierit, sub-
runt, et e contrario vitia pro virtutibus miseri, quod
ipsius pedis equae sint libido, ira ac intemperantia,
furor atque iniustitia, nec non et arrogantia, ac super-
bia, omnesque irrationabiles motus. Quibus, si qui sub-
iacent, miserissimi omnium sunt, qui vero non felicis-
simi. Consistere autem beatam vitam seu felicita-
tem, in illis, quae superius diximus, non in alijs non
solum catholicorum sententia est, sed etiam Ethni-
corum, Inter quos Plinius late admodum agit de be-
atitudine, ac felicitate, citans omnes felices vul-
gi opinionem, cuius verba sunt haec. Felicitas,
cui praecipua fuerit hominum non est humani iu-
dicii, cum prosperitatem ipsam a suis alio modo, et
suo plene ingenio quisque terminet, Si autem verum
facere iudicium volumus, ac repudiata omni for-
tunae ambitione, discernere, mortalium nemo est
felix, sed quod verum plane esse videmus, Quinti

Metelli exempla. Qui in ea oratione (quæ habuit de
 supremis patris sui laudibus. L. Metelli,) scriptum
 reliquit decem maximas res et optimas se consu-
 mase in quibus quærendis, Sapientes ætatē exi-
 gerēt. Videlicet, voluisse primariū bellatorem
 esse, et optimū oratorem, ac fortissimū Imperato-
 rem, et auspicio suo maximas res geri, maximoq;
 honore uti, et summa sapientia esse, summūq;
 senatorem haberi, atq; pecuniam magnā bono
 modo inuenire, et multos liberos relinquere, cla-
 rissimūq; in civitate esse. Quæ omnia etiā si il-
 li contingerūt, nec vlli alij post Romā condi-
 tam, abunde tamē vnus casus refutavit fæli-
 citatem illius: Si quidem is Metellus orbam
 luminibus exegit senectutem, amisit in incendio,
 cum Palladiū raperet, ex eadē vestra memorabi-
 li causa, sed in entu misero. Quo fit vt infelix
 quidem dici non debeat, fælix tamē nō possit.
 Et fit quoq; vt quando is fælix nō dici potest,
 nullū alium fælicem vocemus, nisi qui animo
 Tranquillo vivit, vt superius monstravimus.
 Quibus cōsonat eiusdem Plinij Historia de Del-
 phicis

phicis ora culis, velut ad castigandam hominum va-
 nitatem, a Deo missis, Phœdriū scilicet oraculo ap-
 pellatū esse felicissimū, qui pro patria proximē
 occubisset, et iterū Aglan' Pso phidiū, feliciorē
 Gige, Rege, Tunc amplissimo. qui Aglans, Senex
 in angustissimo Arcadiae angulo parvū, sed an-
 nuis victibus large sufficiens, prædiū colebat, mū-
 quā ex eo egressus. Consonat etiā illud aliud qd.
 injungit, hoc est. Incertū ac fragile mimirū esse
 hoc munus naturæ, quid quid datur nobis, malig-
 nū vero et breve etiam in ijs, quibus largissime
 cōtingit, quia cū universū ævi Tempus intuitibus,
 dimidio quisq; Spatio vitæ suæ vivit, æstimatio-
 ne nocturnæ quietis. pars autem æqua morti
 similis exigitur, aut pœnæ: nisi contingit quies. Nec
 reputantur infantia' anni, qui sensu carent, nec
 senectæ, in panā viacis, nec tot periculorū gene-
 ra, seu tot morbi, totq; metus, et tot curæ ac to-
 ties invocata mors. Natura itaq; nihil homini-
 bus brevitatē vitæ præstitit melius. Quæ sentē-
 tia, nostras prorsus corroborat, ac luce clarius
 ostendit solam illā beatā vitam esse, quæ nullis

vita ludibrijs obnoxia sit. Solum quoque illu esse,
 beatu, qui sic vivit, ut de brevitatem vita nulla
 prorsus gerat curam, quando vita mortalis usque
 a deo brevisculsa ac momentanea sit, ut sic de
 illa conqueratur ^{ide} iste Plinius, atque reliqui omnes,
 qui sapint, Inter quos primus Chrysostomus,
 que citabimus, quod verius multo ac sancti-
 us vitam deprimere, ac vilipendere norit,
 que caeteris, simul ac nobis ostendere, quatu caeca-
 tiamus, du illam amamus, sed ad beatam secta-
 dam sumus a deo tardi. Is igitur nos per va-
 rietates et infirmitates, quas no solum in nos-
 tris corporibus conspicamur cotidie, nos confutat,
 atque ut etiam in omni aetate contempler in-
 feritu, in cunctisq, ex reru eventu, instabi-
 lita tem quadam. Quia hyems et aestas, ver
 et autumnus no perpetuo maneat, sed decur-
 rant omnia et dissolantur. Quid dicam de flo-
 ribus? quid de Regibus et Principibus ipsis?
 quoz vel praesens in crastinu nulla est vita!
 Quid porro de opulentis? de quibus dicitur
 Somnu suu dormierunt viri divitiaz, et nihil
 invene-

innenerunt. Quid vero de insignibus et claris edifi-
 cijs? quid de nocte? quid de die? quid de Sole ac
 luna? quae minuitur et celatur? Nisi quod non
 secus se habet haec vita, quae somnium aliquod
 ac scena, quae sublata, rerum omnium illae varie-
 tates dissoluntur, et enanesunt. Unde Job, הַיָּמִים
כַּמִּלְחָמָה
וְכַמִּלְחָמָה
יִשְׁכַּבְתִּי
 Id est Militiam esse vitam hominis super
 Terram affirmat, et sicut mercenarij dies eius.
 Nec silebimus Ambrosij verba hoc ipsum sonantia,
 quod nihil aliud haec vita sit, nisi plena la-
 queor, et in labore ambulemus et miseria senio-
 res fabulis, et fluitantes ac nutantes verbis, quor-
 habitationes in luteis domibus, et ipsa vita in lu-
 to sit. ubi nulla firmitudo sententiae nullaque
 sit constantia, quia in die nox desideretur, in
 nocte vero dies queratur, ante escam gemitus,
 inter cibos fletus, dolores atque umores, et sollicitu-
 dines sint, nulla vero requies a perturbatione
 bus, nec ulla a laboribus reclinatio, irae et in-
 dignationis motus horridior. In qua plerique
 cupiant mortem, et non impetrent, si autem im-

petrauerint, gratulentur, quia sola sit mors regniis
 viro. Quibus colligit nullo modo tranquillam, hoc
 est beatam vitam, hanc nuncupari posse, quae
 miseris tantis sit obnoxia, nec beatum illum esse,
 qui carnalibus affectionibus delectatur, sui
 necessitudines suas, aut bonas amat, cum amit-
 tendi metu aut malas odit, cum amittendi voto,
 in utroque miseris sustinendis semper obnoxius.
 Quasi dicat solum beatum esse illum, qui tranqui-
 lo firmatur animo, ut nos colloquii huius dis-
 cursu probare molimur istorum omnium verbis
 (ut vides Flaminia) Nec credas latuisse hanc
 animi tranquillitatem Plutarchum illum Philosophum,
 quando ipse ait. Ευχέρεια καὶ ἡμῖν, αἰσχρὰ προ-
 γόνων ἀγαθόν, πλοῦτος δὲ τίμιον ἡμῖν, αἰσχρὰ τύχης
 πτῆμα, δόξαγε ἡμῖν σεμνόν, αἰσχρὰ βέβαλον. κάμψ
 δὲ σερμαδύκην ἡμῖν, αἰσὸλιγοχρόνιον, υἰεία δὲ
 τίμιον ἡμῖν, αἰσὸμετάστατον, ἰσχυρὸς δὲ ζήλωτος
 ἡμῖν αἰσχρὰ νόσος, ἐνάλωτος, καὶ γήρας, παιδεία δὲ
 τῶν ἐνημῖν μόνον ἐστὶν, ἀθάνατος, καὶ θεῖον, καὶ γούρ,
 ὁ ἡμῖν, τύχη ἐστὶ ἀνάλατος, συκοφαντία δὲ ἀνα-
 θαίρετος, νόσος δὲ ἀδίαθροπος, γήρας δὲ ἀλύμακτος
 τος.

Ζος, μωρος γὰρ ὄρους παλαιούμερος ἀκρίβειαν καὶ ὄχρον
 ρος τῶν παλαιῶν παρὰ τῶν θαιρῶν, τὸ μίσην προσίθι
 σι τῆν εὐσιμῶν, 1. Quod pulchra quidem no-
 bilitas sit, sed maior illud nostrorum bonū, et
 praeciosa quidem divitia, verū ea sit fortuna
 possessio. Gloria autem venusta quidem res sit,
 sed inconstans minimēq; stabilis. Forma quoq;
 praecipuū bonū, et pro qua vendicanda mag-
 no periculo decertetur, at caduca, parvaq; duraste-
 pore. Sanitas etiam praeciosa quidem, verū
 mutationi obnoxia. Vires praeterea concupitosa-
 ne sint, et in partem beatitudinis collocandae,
 sed facile aut aegritudine, aut senectute conta-
 bescant. sola tamen et immortalis in rebus nos-
 tris sit, divina eruditio, atq; intellectus, quod huc
 nullus fortunae tollat incursus, nullaq; calum-
 nia distrabat, nec aegritudo corrūpat, aut se-
 nectus ullis affligat nocumētis. quippe qui
 vetustate confectus, repubescit, et cū reliqua om-
 nia tempore diminuantur, hic senectute augetur.
 Inmens quod qui intellectu, (hoc est animo),
 vixerit, is solus beate vivat, quando praedicta

omnia quae sint, et quae haec intelligat, sicut et Pla-
 to ille divinus, qui vitam illam solam appellat,
 qua regat animus semotus proorsus a corpore, hoc
 modo, *Ἐν ᾧ ἀνθρώπων ὄντως ὡς εἰς κεν ἐγγυτάτῃ
 εἰσόμεθα τοῦ εἰδέσθαι, εἰς ὅτι μάστιγα μηδὲν ὁ
 μιλῶν τῷ σώματι, μηδὲ κοῖτῃ ὀνείδῃ ὅτι μὴ
 παύσῃ ἀνάγκη, μηδὲ ἀκασιμολόμεθα τῆς τοῦ
 τοῦ φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύων ἀπ' αὐτοῦ, εἰς
 ἃν ὁ θεὸς ἀνδρῶν ἀπολύσει ἡμῶν, καὶ ὄντων καθαρῶν
 οἱ ἀπαμειβόμενοι, τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης,
 ὡς τοῦ εἶχός μετὰ τοιοῦτον τῶν τε εἰσόμεθα καὶ γνω-
 σόμεθα δι' ἡμῶν αὐτῶν πάντων τοῦ εἰλικρινέως,
 τοῦτο δὲ εἰς ἴσως τοῦ ἀλίνει, μὴ καθαρῶν γὰρ κα-
 θαρῶν ἐφάσκαδα μὴ οὐ θέμισον ἢ. i. Cum vi-
 nimus, ita (ut videtur) proxime ad scienti-
 am accedimus, si quae minimè cum corpore comen-
 cium habuerimus, neque quicquam cum illo communi-
 caverimus, nisi quantum summa cogat necessitas,
 neque huius naturam replebimur, sed ab eius co-
 gitatione cavebimus, quoad Deus ipse nos sol-
 vat, atque ita puris et a corporis insania liber-
 ratis animis (ut consentaneum est) cognoscamus,
 per nos*

per nos syncerū quod libet, id est forsita ipsū verū.
Nam impuro quidem, purū attingere nefas est, quæ
verba sequuntur, et hæc alia eiusdem Platonis, in
nostram sententiā, videlicet, Quod qui inuenerit,
multas in vita iniquitates ex ipso somno, tanquā
pueri, frequenter excitus, extimescit et pessime
ipse vinit, qui autem nullius iniuriæ sibi cons-
cius est, huic iocunda spes semper adest optima
senectutis nutrix, quemadmodū, Pindarus scite
cecinit, Quicūq; iuste sancteq; vitam degerit, dul-
cis eum spes comitatur, cor nutriens, senectutemq;
fouens, quæ maxime hominum volubilem gu-
bernat animum. Nec non et hæc, cum de sum-
mo bono agit in Philebo suo. Philebus quidem
sentit animantibus omnibus bonum esse lætitiā,
voluptatem, delectationem, cæteraq; huius generis
omnia. nostra autem aduersus illam disceptatio
est, ut non ista quidem sint ipsum bonum, imo
sapere ac intelligere, et meminisse. atq; hisce
cognata opinio recta veri, ac rationis discursus
in his, quæ meliora et potiora sint, quā vo-
luptas. Idemq; concludit sic, Απετῆγορα πρῶτα

ὡς εἰκν, ὑγεία τε τις ἀρεή, ἢ καλῶς ἢ ἰσ-
 εξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε, ἢ ἀίματος, ἢ ἀδὲ-
 ρεια, 1. Virtus sola sanitas quaedam est, et
 pulchritudo et robustus animi vigor, pravitas
 est contra, morbus, turpitudine est imbecillitas (hoc
 est) Virtus quae eadem est ac animi vigor, vi-
 gor autem animi, qui idem est ac virtus, beatam
 vitam facit, unde liquet, quod ut beatè viva-
 tur, Virtute tantū vivendū est. Et ideo probae
 sola appetendū, ut censebat ille Socrates, cum
 aiebat. Si appareat nos iniqua aggredi, ne ex-
 cogitandum quidem id est, sed mansuete subire
 decet, et mortem, et quodvis aliud supplicium, pri-
 usquā quidquā agamus inique, aut contra virtu-
 tem. quasi dicat, velle se potius ad mortem duci
 inique, cum haberet amicos, qui eum a carcere eri-
 pere, et possent et vellent, q̄ inique quidquā fa-
 cere, id est subdole pecunia corrupendo eos, qui
 è vinculis illum abducerent, tam fidus erat vir-
 tutis sequax, tāq̄ illam solam sat esse ad beati-
 tudinem nonerat. Id quod nihilo secius mons-
 trat hac sua concione ad accusatores, Tantū
 Tamen

tamen vos precor o Viri, ut meos quoque filios, cum adoleverint, si videantur vobis alterius cuiusque rei maiorem, quam virtutis, curam habere patris similiter afficiatis, atque si videri velint se alicuius esse precij, cum nullius sint. Quod si haec feceritis, iusta a vobis passus fuero ego, et filij, quibus verbis, ignoscit accusatoribus suis iniustam ipsius mortem, dummodo filios puniant, si non virtutem sequantur, aut superbia vana de se concepta opinione. Quod non immerito adiungit, cum prorsus virtuti sit inimica omnis vana de nobis praesumptio, nec possit ququam ad virtutem anhelare phisautia obcecatus quin ad illam sequendam, hoc est ad beatam vivendum, (ut iam diximus) oporteat, ut unusquisque exuat omnem falsam de se ipso conceptam precij opinionem, iuxta illud Fabij. Hac est celebranda virtus, haec est animi suscipienda claritas. Inter similtates scilicet, meminisse hominis. Cum enim prudentissimus quisque se hominem esse, id est vermem et pulverem consideraverit. Tunc statim ad primam illam ac praecipuam

Sui partem, hoc est animum ascendere innitetur,
 qua in arce positus, turpitudinem ac squalore
 corporis fugiet, et bonus fiet voluntate ac re.
 Natura naq; nos ad mentem optimam genuit
 adeoq; volentibus meliora discere, prompta est
 ut vere intuenti mirum sit illud magis, malos
 esse tam multos. Nam ut aqua piscibus et
 sicca terrenis conuenit, et volucribus circum-
 fusus Spiritus, ita certe facilius esse oportebat,
 secundum naturam, Id est bene et beate vivere,
 quam contra eam. Cum hoc solum sit vivere, et
 hanc ob causam dicat Comicus, Ut bene vini- a?
 tur, diu vinitur: at nos stulti hand scimus, si
 quod cupienter dari petimus nobis, in rem sit.
 Nam certa amittimus, dum in certa petimus,
 atq; hoc enenit in labore atq; in dolore, ut mors
 obrepat interim. Illeq; solus beatissimus sit,
 et securus sui possesor, qui crastinu sine sol-
 licitudine expectat, et dicat cottidie (Vixi)
 quasi quotidie ad lucrum surgat, non ante sem-
 per incipit vivere, quod est Stultitia, ut
 inquit Seneca, et foeda hominum lenitas, quo-

quasi via ad virtutem supremam. (tidie
 G.

Et die scilicet noua vitæ fundamenta ponere et
 nouas spes, etiam in exitu, inchoare. Cum veri bo-
 ni auiditas sola tuta sit, quæ ex bona conscientia
 subit, et ex honestis consilijs, rectisq; actionibus, atq; ex
 contemptu fortuitorum, et ex placido, vitæ et con-
 tinuo tenore vnâ præmentis viam: Cæte-
 ri vero, quibus mutabilitas vitæ ac cupiditas
 placet, more eorum qui fluminibus innatant, nō
 eant sed ferantur, Ex quibus, alios lenior unda
 detineat, ac mollius uehat, alios vero vehemen-
 tis rapiat, et alios proxime ripæ cursu languen-
 cente deponat: alios autem torrens impetus
 deiciat in mare. Unde constituendū est nobis,
 quid sit optimum, et in eo perseuerandū. Quod
 autem est melius reliquis omnibus rebus. Jam
 satis probauimus Flaminia videlicet beatam
 vitam viuere: et qualis sit beata vita: Id est
 libera ab omnibus mundi cupiditatibus. Proba-
 uimus quoq; quibus ad illam peruenire quis
 possit. In ta virtute, hoc est bono animo, puro
 atq; sublimi et omnia, quæ vulgus magnificat
 despiciente, ac interim respiciente quid quid,

Sit homo (in quo habitat) quia mortalis sit et
 Terra ac interram iturus. et quod illi omnes
 qui ante se similibus Splendoribus fulserunt, nul-
 libi sint: tam illi quos ambiabant civium poten-
 tatus ac insuperabilis dignitas imperatoria,
 quae qui contentus disponebant et festa, ac equorum
 splendidi inuectores erant, atque exercituum du-
 ces, ac Satrapae Tyrannici. Quia omnes istinunc
 sint pulvis, et cinis omnesque familiae, et in pau-
 cis versibus sit, eorum vitae memoria Ut ait Sa-
 tyricus. Cinis, et manes, et fabula fiet, Nunc ne-
 ro superest, ut iterum ad fontem revertamur
 ex quo emanavit colloquii nostri rivulus, Utrum
 vita solitaria, hoc est privata, sit facilior, ac
 tutior via, ad beatam vitam, an publica seu
 publica? Superest (inquam) ut finem huius
 viae discutiamus, quis sit, deinde qualiter ad
 istum finem pervenire possimus. Itaque
 Finis deus est, ad quem qui pergunt, beate vi-
 vunt. (vivere enim nil aliud est, quam iiter-
 facere). Deus vero est, cuius regnum totus mun-
 dus, et cui serviant omnia, cuius legibus rotatur
 poli

poli, cursusq; suos Sydera peragunt. Et Sol exer-
 cet diem, ac Luna temperat noctem, omnisque
 mundus, per dies vicissitudine lucis et noctis
 permenses vero incrementis decrementisque Luna
 ribus per annos autem, veris, aestatis, autumnum,
 et hyemis suscessionibus, atq; per lustra perfec-
 tione cursus solaris: magnam rerum constantiam
 Temporum ordinibus replicationibusq; custodit.
 A quo, bonis praemia, et malis poenae distribu-
 ta sunt, fixis per omnia necessitatibus. Et a quo
 enerti, cadere est et in quem converti, resurge-
 re, et in illo manere consistere? Deus a quo
 exire, e mori est, in quem redire reminisce-
 re, in quo habitare, vivere est, ut ait Au-
 gustinus. Quem nemo amittit, nisi deceptus,
 ac nemo quaerit, nisi admonitus, nemo inne-
 nit, nisi purgatus. Quem relinquere, hoc est
 quod perire, quem attendere, hoc est quod ama-
 re quem videre, hoc est quod habere, apud quem
 nulla discrepantia, et nulla confusio est, nullaq; tra-
 sitio, et nulla indigentia, nullaq; mors. Apud quem
 summa concordia et summa evidentia est, summaq; constan-

tia et summa plenitudo, Apud quem nihil deest, nihil
 redundat, et Tandem summa vita et sola vita. De
 quo Esaias ait. qui caelum metitur palmo, et terra
 unguillo concludit. et Zacharias. Oriens est nomen
 eius. et quem confessus est Nabuchodnosor superbus
 post fornacem et post statuam adorationem, et super
 bia sua sat amplas ostentationes, esse solum Regem, et
 eius regnum ingens esse, et forte confessus est. Regnum
 omnium saeculorum, et potestas in generatione et genera
 tionem. Quemque vidit Amos, cum dicit, Ecce homo
 stans super murum adamantinum, et in manu eius Ada
 mas. Apud quem (ut ait Job) est sapientia, et forti
 tudo, et ipse habet consilium et intelligentiam, qui si des
 truxerit, nemo est, qui aedificet, si incluserit hominem
 nullus est qui aperiat, si continuerit aquas, omnia
 siccabuntur, et si emisserit eas, subvertent terram
 apud quem est fortitudo, et sapientia, quique so
 lus est, et nemo auertere potest cogitationes eius.
 Sub quo sunt radij Solis, et sternet sibi aurum
 quasi lutum. Quique fervere faciet quasi ole
 lam profundam, et mare ponet quasi cum
 unguenta bulliunt. Cuius potestati non est super
 Terram

Terram quæ cōparetur. Qui factus est, ut nullū
timeret, quiq; omne sublime videt, & est rex super
vniuersos filios superbiam. Deus, qui nec peragitur
tempore (ut ait Ambrosius) nec migrat locis, nec noc-
te intercipitur, nec umbra intercluditur, nec sen-
sibus corporis subiacet, de toto mundo ad se con-
uersis, quiq; in nullo loco est, & nusq; deest, foris
admonet, intus docet, cernentes se commutat om-
nes in melius, & a malo in deterius commutatur,
de quo nullus iudicat, & nullus sine illo iudicat
bene. Talis est deus, ad quem pergit omnis ani-
mus purus & solutus peccati concupiscentijs. om-
neq; cor mundum, quod posebat creari in se da-
uid: qui fecit nos ad se, & ideo inquietū est cor
nostrum, donec requiescamus in eo. Ad hūc perue-
nire, vitam vivere beatam est: ut iam sæpis-
sime tractauimus. Ad illū autem non venit
nisi aut morte, aut mortis despectu. Igitur sic
vivamus oportet, quasi morituri, et sic ad mortē
parati, quasi in æternum victuri. Platonis namq;
sententia est, omnē sapientū vitam, meditatio
non esse mortis. Quam sententiā laudat philoso-

phi, et in calu usq; ferunt. Sed multo fortius
 Apostolus, qui quotidie (inquit) morior per gloria
 vestram. Aliud est enim conari, aliud agere, ali-
 ud vivere moriturum, et aliud mori victurum.
 Ille moriturus est ex gloria, iste autem semper
 moritur ad gloria. Debemus itaq; et nos animo
 praeparari meditari, quod aliquando futuri sumus
 quod velimus. Nolimus, longius abesse no potest,
 et ob hoc optare spontanei, quod ferre cogimur
 iuviti. Nam si nongentos vitae excederemus
 anos, sicut ante diluuium vivebat genus humanum,
 et Mathusalem nobis Tempora donarentur, tamen
 nihil esset praeterita longitudo, quae esset desisset,
 inter eum, qui decem vixit anos, et eum, qui mil-
 le. Unde Venius poeta ait, Optima quaeq; dies
 miseris mortalibus aevi, prima fugit, subeunt
 morbi, tristisq; senectus, et labor, et dure rapit
 in clementia mortis. Unde etiam Hioben, quia
 multum fleverit. Poetae fingunt in lapidem com-
 mutatam. et Hesiodus, natales hominum plan-
 gens gaudet in funere, quod scilicet melior sit
 mors q; vita. Unde et Solomon ait וְהָיָה

אֲנִי אֶת הַמֵּתִים עֵבֶר מֵתוֹ, מִן הַחַיִּים
 אֲשֶׁר הַמֵּתִים עַד נֵה וְשׁוֹב מִשְׁנֵיהֶם
 אֶת אֲשֶׁר עֵדוּלָה הִיא אֲשֶׁר לֹא אֶת
 הַהֵרַע אֲשֶׁר נֶעֱשֶׂה הַתַּחַשׁ מִשְׁ

Landani magis mortuos quam viuentes, et felici-
 orem utroq; iudicari, qui nec dū natus est, nec
 vidit mala, quæ fiunt sub sole. Unde etiā Xer-
 ces ille Rex potentissimus, qui subuertit mōtes,
 et maria constravit, cum de sublimi loco in finem,
 tam hominum multitudinem, et innumerabilem,
 vidisset exercitum, flesse dicitur, quod potest citra
 annos nullus corpe, quos tunc cernebat, super futu-
 rus esset. Quod si nos in speculam cordis ascende-
 remus, de qua uniuersam Terram sub nostris pedibus
 possemus cernere, in lachrymas prorūperemus multo
 feruentius, q̄ Xerxes, inde etiā totius orbis uni-
 uersas considerare, nobis in promptu esset, gentes ge-
 tibus, et regnis regna collisa, et alios torqueri, ali-
 os necare se, et alios obsorberi fluctibus, alios au-
 tem ad seruitutem trahi, hic nuptias, ibi planc-
 tum, illos nasci, istos mori, alios affluere delicijs
 alios mendicare, et Totius mundi homines, qui

nunc vivunt in brevi spatio defuturos, ac his om-
 nibus consideratis, ad illud, quod solum est aeternum,
 nec corruptioni obnoxium, anhelare, optavimus,
 spreta morte. Eius est enim mortem timere,
 (ut inquit Cyprianus) qui ad christum nolit ire,
 et eius est ad christum nolle ire, qui se non cre-
 dit cum christo incipere regnare, scriptum est
 enim, *Iustum fidei vivere*, si autem iustus
 es, et fidei vivis, et si vivere in deum credis, cur
 non cum christo futurus, et de domini pollicita-
 tione securus, quod ad christum voceris et quod
 Tabulae carcas, gratularis! Haec hoc nostrum
 vivere, nihil est aliud quam niti, et reluctari,
 et pernicacium more servorum, ad conspectum domi-
 ni cum tristitia et maxore perducere venere
 ex eundo isthinc necessitatis vinculo, non obse-
 quio voluntatis. Et volumus ab eo praemij cae-
 lestibus honorari, ad quem venimus invitati?
 quod si sic est! quid rogamus et petimus, ut
 adveniat regnum caelorum, si captivitas terrena nos
 delectat! quid iterum precibus frequenter ite-
 ratis rogamus et poscimus, ut acceleret dies.

regni, si maiora desideria, et vota potiora sunt, ser-
 uire isthic diabolo, id est mundi concupiscentijs,
 q̄ regnare cū Christo! Felices potius terq̄ qua-
 terq̄ felices qui taliter vixerint, ut mereatur,
 a contagio sæculi q̄ citissime transferri ad vitam,
 de quibus Solomon decantat Captus est, ne ma-
 litia mutaret intellectus eius, placita enim erat
 deo anima illius, et propter hoc, prosperavit eū
 aducere de media iniquitate. Nec credas Fla-
 minia Ethnicos ignorasse hoc: Plato namq̄ ille
 in Phædro suo, vel de anima, Illiberabilis animi
 esse, atq̄ prorsus ab omni doctrina alieni affir-
 mat, mortem timere, cū ait ἰχθὺν σοι τεχνικῶν
 τοῦτο ἀνδρῶς ὄν ἀν' ἑδῆς ἀγαπᾶσθούντα, μέλλοντα εὐπο-
 θαρεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἀρῆν φιλόσοφος ἀλλά τις φιλοσώμα-
 τος, ὁ αὐτὸς δὲ πῶν εἶδος τυγχάνει ὡς ἢ φιλοχρημάτων
 ἢ φιλότιμος. i. sufficiens cōiectura erit, si que vide-
 ris moleste mortem ferre, eū nō esse philosophū
 sed Philosomatū, corporis amatore id est, atq̄ en-
 dem ferme Philocrimatū et Philotimū id est,
 peccuniarū et honoris amatorem, Causas ante
 huius sententiæ annectit Paulo post, enim dicit

ἢ οὐκ ὑπάρχει διαφορά μεγαλοπρέπειαι καὶ θεωρίαι
 τῆς αὐτῆς μὲν χρόνου πάσης δὲ οὐσίας οἷον τὴν
 οἴη τούτω μέγα τι δοκῆ εἶναι τοῦ ἀνθρώπου
 βίον, ἢ nempe enim cui cogitationis ad
 est magnificentia, et totius temporis totiusque
 substantiae contemplatio, humana vita mag
 num quid videri non potest, exiguum namque quod
 dam est ad conuersam, ex quibus potest
 eius esse mortem timere, qui minimam ac
 fragiliū harū rerū, caeco obvoluitur, non qui
 aspiet ad magna illa, quae latent, et para
 ta sunt illis (qui ita vixerint) ut nō mor
 tem timeant, sed despiciant. Cum ex male
 transacta vita, proveniat mortis metus, et
 ex falsa de rebus humanis cocepta opinio
 ne, vitae huius cupiditas. In quam sentē
 tiam scribit Plutarchus, de Emilio illo, sci
 licet tali modestia usū eum esse in filiorū
 morte, ut non obscuraret rerum à se gestarū
 magnitudinē. Quin statim post mortem illorū
 non quasi alterius consolatione indigeret, sed
 potius quasi consolari alios volens, qui ipsi
 us,

us acerbitate agre tulerunt, dixisse, se nunquam res humanas timuisse sed divinas, timuisse vero fortunam, quasi mutabilem, praesertim in praeterita illa victoria ac belli felici eventu postquam speraverat (ut moris erat Fortuna) magnam quoddammodo, ac molestam infortunium: ideoque non lugere se filios, quin potius felices illos esse gratulari, quod Fortunae censuram effugissent: cui subiacet prorsus omnia humana. Ad hanc autem calcadam multum posse provisionem animi, et mortis despectum, ac praeparationem, videre est, cum haec minuatur omnium rerum dolore ut in illo Emilio vidimus, seu cupidine, ut in alijs sit nimirum illa praestas et divina Sapietia (juxta Ciceronem) perceptas paenitus, et pertractatas res humanas habere, (ut supra tractavimus) nihilque admirari, cum acciderit, et nihil antequam evenerit, non evenire posse arbitrari, sed potius cum secundae res sunt, tum maxime iuxta Comicum meditari secum, quo pacto adversa eveniam ferant, ut ne quid animo sit novum, et quidquid praeter spem eveniat, omne id putare esse in lucro. Deinde humane ferendo omnia, intelligere, et videre quod nullum malum sit, nisi culpa: Hanc autem vivere sic vivendo ut pro pagatio vitae, non calamitates

efficiat in nobis, ut solet, sed cognitione rerum humanarum,
 in quibus certi nihil est. Propter quod prudentius est
 timere, quam sperare, cum omnia ista, quae homines di-
 cunt bona, ut cuique data sunt prorata parte a vitio,
 bona aut brevia non dicantur. Effeminari autem animi
 nostrum molestissimis cogitationibus, ut si ante mors
 adveniat, quam sperabamus, spoliati magnis quibus-
 dam bonis, illusi destituti, videamur, nihil potest
 esse lenius. Et est contra nil laudabilius, est iocundius,
 quam taliter iter per vitam facere, ut eo confecto nul-
 la cura nullaque sollicitudo futura sit, sed intrepide
 ad finem illius accedere possimus, ut Theramenes
 ille vir clarus, qui venenum hauriens iussu tri-
 ginta Tyrannorum, videns, reliquum eiecit ac dixit
 Propino hoc pulcherrimo Critiae (qui in meum fuerat
 teterrimus) quibus verbis iussit hic ad mortem appli-
 citus, quod taliter vixerat, ut non timeret mori, quae
 animi fortitudo quam laudabilis sit dii illi de ostē-
 dit Seneca ille, qui satis a satis mortem despexit,
 cum Lucillo suo haec scribit, Fac tibi iocunda vita,
 omnem pro illa sollicitudinem deponendo, nam nullum
 bonum inuat habentem, nisi ad cuius amissionem pra-

paratus est animus, nullius autē rei facilius amissio est,
 quā quā desiderari amissa nō potest. Ergo aduersus om-
 nia, quā acciderē possunt, etiam potentissimis, adhorta-
 re te et in dura, memoria tenens, quod de Pompeij ca-
 pite pupillus et Spado tulere sententiā, et de Crasso,
 crudelis, et insolens Parthus, Caius vero Caesar insit
 Lepidū Dacio tribuno, praeberē cervicē, et ipse Chærea
 praestitit: ac Tandē quod neminē eo fortuna proue-
 xit, ut nō tantū illi minaretur, quantū promissit,
 nec huius tranquillitati esse fidendū tibi persua-
 de, quoniā momēto mare enertitur, et eodē die, ubi lu-
 serūt navigia, sorbentur. Oportet ergo Flaminia fa-
 cere potius de fine remediū, et de necessitate solatiū,
 et quando, Teste Fabio, omnis nos hora per tacitos
 fallentesq; cursus applicat fato, et in hac turpissima
 perpetuitatis cogitatione districti, per exigua fasti-
 nātis aui momenta praemurimur, exire velle, quo-
 ties voluerit, qui nos regit. Solus enim vixit quo-
 ad voluit, qui mori manuit: Persuadentes nobis
 hoc sic esse (ut scribit ille) quod quaedā tempora
 eripiuntur nobis, quaedā vero subducuntur, et quae-
 dam effluunt, turpissimā autē omninū esse iactura,

quæ per negligentia fit. Nam si voluerimus attendere,
 magna vita pars elabatur male agentibus, maxima
 nihil agentibus, tota aliud agentibus, in hoc enim fal-
 simur, quod mortem prospicimus: Magna enim pars
 eius iam præterit, et quidquid ætatis retro est, mors
 tenet, et dum differtur vita, Transcurrit, quia omnia
 aliena sunt, Tempus tantum nostrum est, In huius
 rei a deo fragacis ac lubricæ possessione natura nos
 misit, ex qua expellit quæcumque vult, ut fragilita-
 tem humanam contemplemur, contemplandoque despi-
 ciamus, ac vivamus quasi omnibus horis morituri:
 quando etiam leniusculis ex causis finem huius fragi-
 litatis humanæ provenire ac initium, in Plinio
 legimus sic. Misere, atque etiam pudet me aestimare,
 quæ sit frivola animalium superbissimorum origo, cui
 plerumque abortus causa fiat odor succernæ, extinctæ,
 hisque principijs nascantur Tyranni, et his carnifex
 ille animus, Et his, qui corporis viribus fidunt, quo-
 rum semper in victoria est mens: et se deos esse credunt,
 aliquo successu tumentes, tanti perire potuerunt:
 at qui etiam hodie minoris possunt, quantulo ser-
 pentis ictu dentis, aut etiam, ut Anacreon poeta,
 acino

acino una passae, ut Fabius senator praetor, in lac-
 tis haustu uno pilo strangulatus. Quibus despici-
 endam praebet nobis vitam, ac fortunam, quae
 propter hanc solet hominibus esse desiderabilis,
 vita (inquam) quando talibus initijs ac finibus
 terminetur. fortuna vero, quod non aliter cum illa
 nobis eveniat, quam Pictori cuidam apud Plutar-
 chum, qui cum expressisset caetera, et forma et colo-
 ribus insignem equum, verum spiritum circa habenas
 concissam, et ex anhelore sensim labentem dum red-
 dere nequirit, ac crebro quod effinxerat, deleret,
 irato tandem casu incidit, spongia varijs colorib9
 imbuta in tabulam, qua pingebat: mirumq; absol-
 vit ac decenter, quod anxie desiderasset mutabi-
 li fortunae casu. Sic illius res eveniunt, cum non sperantur.
 elabuntur vero, cum amantur. Et ad illam has ob causas
 debemus dicere, quod Socrates ad Iudices, Anytus et
 Melitus interficere me possunt, incommodo aut detrimen-
 to afficere non possunt, quasi praesidentes nobis et secre-
 ri, bene transactae vitae memoria, anhelantes ad illam
 veri cognitionem. Quam sedem aeternam et domum deorum esse,
 solamq; optandam affirmabat ille in Scipionis somno

ad quam pervenire nemo posset, nisi qui sermonibus
 vulgi non sedaret, nec in premiis humanis spem po-
 neret, sed ipsa virtus eum traheret ad verum decus,
 quod si illi Ethnici vitam despicerent, mortemque
 despiciendo optarent, quatenus hisce excuti tenebris,
 omnia perfecta tum multo et puriora et dilucidio-
 ra cernerent! quid ni nos, qui dilucidum, per fidei
 speculum contemplari possumus, quid sit optandum,
 et quid contra fugiendum, non vilipendamus mortem?
 seu verius vitam, quae mors est, dum mundo, et non
 pro deo vivimus! Chrysostomi verba ruminantes qui-
 bus veluti sigillum praedictis, et coronidem claudere
 possumus! Mortem maeror gravior est, et in vita hu-
 mana omnia maerore plena sunt, ideo indurandum
 est adversus mortem, et optandum maeroris finem.
 Nam Helias orans, et Tristitia ferre nequiens,
 dicit, sufficit domine, accipe animam meam, quo-
 niam non sum melior supra fratres meos, mortem
 in orationibus postulans, et pro gratia illam que-
 rens accipere. Jonas vero maerore fugiens, con-
 fugit ad mortem, et David quam saepissime eam in-
 vocat, atque Job Adamante fortior in patientia cer-
 tamine

tamine, Tyrannū illū scilicet mærorē, tollerare nō
 potens, Mors (inquit) viro est requies. Quibus omnibus
 tibi optabilem potius q̄ timendā reddidi mortē Fla-
 minia (ni fallor) quasi mediū ac modū ad obtinen-
 dum illū beatæ vitæ finem, quē diximus, Deū vi-
 delicet. Nē tamē aperiā tibi ostiū redarguendi me
 (ut soles) quasi discerim nos manū inijcere nobis oportere,
 si mors differtur, ut excedamus a vitæ miseris,
 probabo mortem hac in vita in esse, et bonā mortē,
 qua mori interdū mundo possumus: ad quā nos
 hortatur Apostolus, scilicet, ut mortem Jesu in
 corpore nostro circumferamus, qui enim habuerit
 in se mortē Jesu, is est vitam domini Jesu in corpo-
 re suo habebit, unde oportet, ut operetur in nobis
 mors quatenus operetur et vita, bona autē vita
 post mortem, hoc est bona vita post victoriā, ut
 inquit Ambrosius. et bona vita post victoriā est,
 absoluto certamine, ut jam lex carnis legi mētis re-
 pugnanē nō nouerit, et iam nulla sit nobis cū corpo-
 re mortis contentio, sed sit in corpore mortis victo-
 ria. Dubitat tamen de hac morte ipse Ambrosius,
 an maioris virtutis sit, quā vita, a deo illā laudat.

Qua morte nos mori nō possumus, nisi sic vivamus, ut mortui mundo et concupiscentijs eius, (ut ego in nūebam superius) cū mortem cōmēdabam. Id quod difficilimum esse omnes sentiunt, qui bene sentiunt, si inter eos habitemus, quorum deus venter est, teste Psalmographo, et sedent cū divitibus in occulto, ut interficiant innocentem, ut sunt aulici, et aulicam vitam sequentes, quin potius hosce fugiamus, cū eodē Psalmista suspirantes, quis mihi dabit pœnas, ut cohibeā? volabo, et requiescā. Ad istam tamen admonēdam fugam, longiore sermonis ambitu opus est, quā ut possim nūc ante prandium percurrere, igitur cessemus, si vis, aliquantulum, et statim post prandium, quod superest persequemur, ante quā clauso componat vesper Olympo. Si tamen prestare tantū poterimus) quod si nō ad Lunæ splendore, quæ hisce noctibus clarior ac pulchrior solito se præbet Eudymioni suo, ut ait Poeta gratificata, quod super erit absolnemus illic apud amœnā illam ripam, quæ fonte limpidissimo scaturiens in Justum amnem increvit:

APR ANDIO

Eodem Tertio die, Hoc est vlti-
ma Colloquij pars, in qua
agitur de fuga sa-
culi :- :-

FLAMINIA

ITA MAXIME ME CEPIT DESYDERIV,
videndi, qua ratione fugam ab aula, & aulicis volupt-
tatibus doceas, ut ne minimū quidem poterim somno
indulgere postmeridiano, ut soleo, Cedo igitur descē-
damus, & audiam, Ut suffarcinata nūc Venias cum
viris auctoribus, vniq; sententijs ad nostrā confu-
tationē :- :- :-

BLESILLA; L'amus libenter, Spero nāq;
nō infrangi fore, quamvis mihi visu despectū mini-
teris, plus enim tua bonae indolis vrbano. L'amus,
& illic sedebimus sub umbrasis illis arboribus, quae
naturae dono condensantur, atq; conēctuntur adeo stic-
tis nexibus, ut Solem omnino retent infensū esse,

herbis, minutissimis, & Jam inter eundem redeamus
 ad inceptum. Dixeram (si non excidit) omnino ad beatam
 vivendam perquam necessarium esse mori mundo, vel corpore,
 vel animo, hoc est fugere a contagione malarum con-
 cupiditatum. Nunc oportet ut dicam quo sit pacto fu-
 giendum, et quam utilis sit et comoda isthac fuga.
 Utque meas sententias muniam, primum Hieronymi ver-
 bis utar, qui novit satis ac satis fugere, deinde aliorum,
 ut iam ab initio statui. Igitur debemus scire, quod
 si quis existimat posse se versari inter delicias,
 et deliciarum vitis non teneri, seipsum decipit, ex Hie-
 ronymi iudicio, Sensus enim noster illud cogitat,
 quod videt, et audit, ac odoratur, et ad eius trahi-
 tur appetitum, cuius capitur voluptate. Unde diffi-
 cile, imo impossibile est divitiis et voluptatibus
 affluentes non ea cogitare, quae gerimus. Et frus-
 tra quidem simulant, ^{aliqui} salva fide, et pudicitia,
 et integritate mentis se abuti voluptatibus, cum
 contra naturam sit, copiam voluptatum sine volup-
 tate frui. Quam in sententiam Chermo Stoicus
 narrat de vita antiquorum aegypti sacerdotum, quae
 omnibus mundi negotiis curisque postpositis, semper
 in tempe-

in Templo fuerint, et rerum naturas causasque, ac ratio-
 nes siderum contemplati sint, et ex eo Tempore, quo ca-
 pissent divino cultui deservire, carnibus et vino semper
 se abstinnerint propter tenuitatem sensus. Atque Pyta-
 goras etiam ac Socrates, et Antisthenes frugaliter vi-
 verunt hanc ob causa. Si igitur illi in Templo se inclu-
 debant, ne contagio malorum morum mentem illorum corrumpere,
 et vino ac carnibus se abstinebant, quibus duobus hu-
 manus fastus continetur, credentesque, si his se dederent,
 mentem prorsus carituros, nos inter omnes Aegyptiorum quo-
 modo vivere poterimus a vitijs liberi? absit. Idem namque
 Hieronymus hanc rem oculatus et fidus testis inquit.
 Ego non integris rate, vel mercibus, ne quasi ignarus
 fluctuum praemoneo, sed quasi nuper naufragio eiec-
 tus in littus, imida navigaturus voce denuncio, quod
 in illo aestu charybdis luxuria, salutem vorat, et hic bar-
 barum littus est, atque hic diabolus pirata cum socijs por-
 tat vincula capiendis: Nolite credere, ac nolite esse
 securi, licet in modum stagnis fusu a quor arrideat,
 et licet vix summa iacentis elementi Spiritu terga
 crispentur. Nam magnos hic campus motes, habet, in-
 tus inclusum est periculum, atque intus est hostis, expe-

dite videntes, & Vela suspendite, Crux Antemna figa-
 tur in frontibus, Nam tranquillitas ista tempestas est.
 Quibus verbis Jabet & monet, ut fugiamus, nec de nobis
 deq; civibus nostris habeamus fiduciam: sed fugiamus
 omnino, & moriamur mundo, ut Vivamus Deo. quo au-
 tem fugiendum sit Idem dicit his verbis, Helias &
 Heliscus sint vestri duces, & filij prophetarum, qui ha-
 bitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi
 tabernacula prope fluenta Jordanis, de his sunt &
 illi filij Rechab, qui vinum & Syceram non bibebant,
 & morabantur in Tentorijs, qui dei voce per Hiere-
 miam laudantur, quibusq; promittitur, quod no desfi-
 ciat de stirpe eor. vir stans cora Deo. Cuius fuga du-
 ces quoq; alios nobis foeminis dat, (ne sexus fragili-
 tatem excusemus ad fugam). Videlicet sanctam Ve-
 ram, & Fabiolam, nec no et Pansam suam. De Vera
 enim ait, Sit Tanti tibi dux foemina facti, qua ve-
 re secuta Christu, oblita est populu suu, et domum
 patris sui, cuq; Abraham exiit de patria sua, &
 de cognatione sua, & perrexit quo nesciebat, ut dice-
 retur ei, Semini tuo dabo q. De Fabiola vero, quid
 quid primu arripuero, sequenti comparatione vi-
 les cit

lescat: Caesata enim virtute, & conscientia recta, secreto Deum solum iudicem respiciens, oblita sexus fragilitatis, solitudinis tantum cupida, in Bethleemico rure erat, ubi animo morabatur, ad quoniam iam alias exolauerat, erogatis diuitijs maximis, et inter Christi pauperes distributis, At vastante fluminum immanitate, coacta est redire Romam, cuius cernes mamma inclusa se plangebatur, quod non posset Eremi latitudine taliter frui, ut cum Psalmista caneret, Transiimus per ignem et aquam, et duxisti nos in refrigerium. De Paula, autem praedicat, quod Pretis omnibus Bethlehemi emigrasset, ibique defuncta esset, et quod implensset cursum suum, fideque seruasset, et nunc fruere corona iustitiae, et sequeretur agnum quocumque iret, ac saturaretur, quia esurisset, et laeta decantasset, Sicut audimus, ita vidimus in Civitate domini virtutum, in civitate Dei nostri, et despersisset lacus contritos, ut fontem domini reperiret: Atque fuisset vestita cilicio, ut nunc albis vestimentis uteretur, et diceret, Scidisti sacrum meum, et induisti me laetitia. Cum quibus feminis, cumque alijs his similibus nos iubet illud propheticum canere, in Terra deserta, in via et in aquosa, sic in sancto apparuit

tibi, & iterum, etiam elongari fugiens, et mansi in soli-
 tudine, expectabam enim eum, qui saluum me fecit a pusil-
 lⁿⁱlitate Spiritus. Atque idem Hieronymus admonet
 interim, ut relinquentes Sodomam, et ad motana festi-
 nantes, non respiciamus post tergum, sed nudi curis,
 et liberi concupiscentijs, deum sequamur, quia Joseph,
 cum Tunica Aegyptia effugere non potuit, et adolescens
 ille, qui operatus syndone sequebatur Iesum, quia tetus
 fuerat a ministris, terrenum abiciens operimentum, nu-
 dus euasit: ac Helias igneo curru raptus ad caelum,
 melatem reliquit in Terris, et Helisus boues, et
 iuga prioris operis, vertit in vota. Id quod merito
 admonet. Vir sapientissimus. Qui tangit picem, in-
 quinabitur ab ea, nam quandiu versamur in saeculo,
 et anima nostra dignitatis ac Voluptatum vin-
 culis tenetur, de deo libere cogitare haud possumus.
 quae enim participatio iustitiae esse potest cum ini-
 quitate? aut quae societas lucis ad Tenebras? Id quod
 Ambrosius significat, cum ait, quis inter tot passio-
 nes huius corporis, atque inter tantas illecebras huius
 saeculi, tutum, atque intemeratum seruare potest vestigium?
 Nam respexit oculus, et sensum mentis evertit, audi-
 vit

uit auris, et intentione inflexit, ac in halauit odor, et
 cogitatione impedivit, os libavit, et crimen reddidit,
 et ideo qui vult ascendere ad superna, non laeta saecula
 si, nec amana, sed plena doloris, et aspera sequatur.
 Adam namque de paradiso non descendisset, nisi delecta-
 tione deceptus esset. Nec potest quisquam percipere illud
 quod est (et est semper), nisi prius a mundo fugerit,
 unde Dominus volens patri deo appropinquare, ad
 Apostolos, ait, Surgite, eamus hic:

FLAMINIA: quando tanto intervallo, pro-
 sics silentium retinui tuo iusu ac more Pythagorico,
 qui quinquennio silebant, ut disceret, et Solomonis edic-
 to, qui eusdem sapientiae esse, asserit silentium: Lice-
 bit nunc per te iam longo post liminio vel paulu-
 lum tractare de eadem vera fuga saeculi, non quod cui-
 quam horum, quae hactenus dixisti, contradicam, sed
 potius ut tuo ductu, meisque dubitationibus, interpositis
 abs te verius discam fugere, et qualiter nobis sit fu-
 giendum. Primum igitur eiusdem Ambrosij (cuius ver-
 ba ultimo citasti) sententiam in medium proferam,
 deinde aliorum. Haec est. Quamuis propter infirmitatem
 carnis fugam nobis suadere videtur dominus: ta-



men melius fugit, qui fugit illecebrā saeculare in medio
 saeculi, ut non teneatur divitiarū suarū sollicitudi-
 ne, nec Thesauri contemplatione, nec vitæ istius cu-
 piditate, sed directa animi intentione festinet ad
 gloriam celestis regni, et properet ad coronā, nec Ter-
 renorū contuitu ac usu renocetur, sed his veluti mer-
 cibus, in Emporium illud veniens Pythagoricum, e-
 mat beatam vitam. Equibus patet, laudabilis es-
 se, perdurare animo inuicto inter illecebras, qua
 illas fugere: ut euenit in pugna stantibus, quod
 Is, qui usq; ad victoriā persistat, coronatur, seu vic-
 toria seu perseverantia, præcipue in vitiorū ac cu-
 piditatu conflictu. In quo unusquisq; propriam mer-
 cedem accipiet secundū suū laborē, et vincenti da-
 bitur mōnā absconditū. Unde est quod dicitur, Be-
 ne fugis, si cor tuū non imitetur peccatorū cōsilia, et
 cogitationes eorū, benefugis, si oculus tuus fugiat
 calices, et phyalas, ne fiat vitiosus, dū moratur in
 vino, et si oculus tuus aliena declinet; ut lingua
 tua veritatē custodiat; atq; benefugis, si nō respo-
 deas imprudenti ad imprudentiam illius, et bene-
 fugis, si auferas gressum pedū tuorū ex ore in-
 sapien-

Sapientia

sapientiu. (et dicitur no impune) cum animi vires, nūq̄
 dare certam fiduciam sui possint (iuxta Seneca), nisi
 cum multæ difficultates hic et illenhic appaerint,
 aliquando vero et propius accesserint, et sic verus ani-
 mus probetur, atq; hæc eius obrytasignare nos animū
 debemus mutare, nō cælū, licet enim vastū traieceris
 mare, licet, (ut ait Vergilius) Terraq; vrbesq; recedat,
 sequentur te quocūq; perueneris vitia. Id quod di-
 xit Socrates cuidam quærenti, quid miraris? nihil
 tibi peregrinationes prodesse, cū te circumferas? Si tea-
 dem præmit causa, quæ expulsi? quid enim terrarū
 novitas inuare potest, aut quid cognitio vrbiū, aut lo-
 corū? nā in irritū cedit ista iactatio? quæris, quare
 te fuga ista non adiuuet? tecū fugis: onus animi
 deponendū est, nō ante tibi vllus placebit locus. quæ
 responsio iusta nempe fuit. Triginta nāq; Tyranni,
 Socrate ipsū circumsteterūt, nec potuerūt animū eius
 infringere. Unde ostendit, nihil interesse quot domi-
 ni sint, cū seruitus vna sit, et hanc qui cōtempserit, nō
 quantumlibet turba dominatū liber sit; Demetriū
 quoq; legimus Megarensiū urbem cū expugnaret, &
 solo illam adæquasset (ut narrat Plutarchus) Stilpho-

nem philosophū interrogasse, ni quid suorum quicquā
 amississet! atq; huic, Stilphonē, haud equidem, di-
 xisse, (bellum enim nulla ex virtute spolia ducit.)
 qui Stilphonē civitatem fugerat, nec communem om-
 nium vitam, sed sic vivebat inter omnes, ut secure
 posset hoc dicere. Juxta illud præceptū Senecæ,
 quod sequi per quam laudabile videtur, scilicet,
 ut agamus, quo meliorem vitam sequamur q̄ vul-
 gus, nō ut contraria: quod alioquin quos emendari
 volumus fugamus, et a nobis avertimus, Illudq;
 efficiamus, ut nihil imitari velint nostri dū timet,
 ne imitanda sint omnia. Nā si ad philosophia
 sequenda (id est virtutis habitū) hoc conferre sus-
 picamur, fallimur, Satis enim ipsū nomē philo-
 sophie, etiam si modeste tractetur, invidiosum est.
 Quid si nos hominū consuetudini cæperimus ex-
 cerpere! unde potius intus omnia dissimilia sit
 oportet, frons vero nostro populo conveniat. Quod
 si nō vis, nō splendeat toga, nec tamen sordeat,
 quidē, nec habeamus argentū, si volumus, in quo
 solidi auri celatura descenderit, sed nō putemus
 frugalitatis iudiciū esse auro argentoq; caruisse,
 quin,

Quin videamus, ne ista, per quae admiratione pa-
 rare volumus, ridicula et odiosa fiant, et tem-
 peretur potius vita nostra inter bonos mores, et pu-
 blicos, ut suspiciant omnes vitam nostram, sed agnos-
 cant. Infirmi animi, namque est, pati non posse divi-
 tias, quod idem significavit Africanus insigni-
 ter, cum dixit Neroni, Regant te Caesar Galliae tuae,
 ut felicitatem tuam fortiter feras. Quam obrem etiam
 laudantur a Plutarcho nostro Epaminondas, et Agesi-
 lans, ac Plato, hoc modo, τοῖς τοῖς ἀρεταῖς ἀνθρώ-
 πων, ἢ τοῖς ἐπισημοῖς, ἢ τοῖς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἢ τοῖς ἀντι-
 στασιαστικῶν, ἢ ἐπισημοῖς, ἢ διαίτη, ἢ λόγῳ, ἢ βίῳ διε-
 λαύοντες, οὕτως ἢ πλεονεξίας ἐπισημοῖς, οἷος ἐπὶ
 καὶ ἐπισημοῖς, ἢ ἐπὶ διαίτη, οἷος ἐπὶ διαίτη. hoc
 est cum pluribus hominibus, ac diversorum insti-
 tutorum civitatibus haberent consuetudinem, tamen
 ubique mores se dignos, et amictu, et victu, et orati-
 one, et vita tuebantur. Sic Plato non alius fuit
 Syracensis, quam in Academia, nec alius apud
 Dionysium, quam apud Dionem. Et hic Plutarchus, af-
 firmat quoque. Quod qui hominem conijcit in igno-
 rationem et obscuritatem, et tenebris obteggit, vitamque

quasi sepebit, is videtur hoc ipsum graviter ferre, quod nascimur, et eo renovare nos, ut non simus. et affirmat etiam unam solam rationem esse puniendi eos, qui male vixerat, nempe obscuritatem, et ignorantiam, et modis omnibus abolitionem tollentem in tristem amnem, et per Lethe id est oblivione precipitantem in abyssum, ac vastum pelagus, videlicet ignorantiam, et otium, quod suo fluctu ignorantiam et obscuritatem secum trahat. Atque redarguit illud nomen velut malum. Sic vixit, ut nemo sentiat te vixisse, perinde quasi suffosis sepulchris: et ait ἀλλ' αὐτοῦ ἔστι τὸ ζῆν, ἢ μὴ αὐτοῦ μὴ τὰ ἄρτα, ἐγὼ δὲ ἔστι τὸ οὐκ εἶναι κακῶς βιώσας λάτρε, ἀλλὰ γυνώσκουσι, σωφροσύνῃ, μετὰ χρονον, εἰ δὲ τὸ ἀρετῆν ἔχης μὴ γένην ἀχρηστος, εἴτε κακίαν, μὴ μέγιστον ἀδελφότητος. id est Nonne hoc ipsum vivere turpe est, ut omnibus conveniat esse ignotum? ego dixerim, quod ne male quidem vivens, latere velis, sed sis notus, et resipisce, ut te peniteat: nam si virtute praeditus es, ut non fias inutilis, si vero malus es, ut non maneat incurtus, et recte dicit.

Dis Fin

Distingamus, naq; ac discernamus oportet, cuius istud
 praecipiamus, (scilicet latere). Nam si in docto malo,
 ac stulto praeeperimus, perinde est, ac si dicamus,
 Nemo te sciat febricitare, et nemo te sciat teneri
 phrenesi, et nemo nonerit medicus, Abi, coijce te in tene-
 bris ignotus una cu' tuis malis, et tu abi cu' vitio tuo
 morbo laborans inmedicabili, ac pernicioso, occultas
 invidia ac superstitione, veritus con pulsū quenda,
 exhibere his, qui monere possunt ac mederi. Si ante
 bonis praecipiamus, ut lateant, et ignorentur, dica-
 mus oportet Epaminūda, ne fuerit dux exercitus,
 et Lycurgo ne leges condiderit, ac Trasylulo, ne pe-
 remerit Tyrannos Pythagorae etiam ne docuerit,
 et Socratina disputaverit. Quorsu enim sunt tot
 gesta inelyta viroz, (ut ne defuncti quide ignoti
 sint!) an ut virtuti pras eribamus obliteratione,
 et otiū arti, ac silentiū philosophia, et obliuio-
 nem beneficentia? Non utiq; cu quem admodu
 lumē in causa est, ut nō solū alijs alijs conspici-
 mus, verum etia utiles, ita notitia, nō gloria
 modo, verū exercitationem parit virtutis. Na
 refulgescit, quū res et vsus postulat, et velut as-

generosū, tempore perspicuū redditū declarat ani-
 mū nō secus, atq; domū, velut inquit Sophocles.
 Nec ad animi tranquillitatem (quā tu praedicas
 Blesilla) conferre latentem et solitariam vitam,
 diillucide ostendit idem Plutarchus, cū dicit, quē
 admodū calcens, ad vari pedis figuram obtorque-
 ri etiam solet, pes vero non item ad obtorti cal-
 cei; hunc in modū mentis nostrae habitudines
 quamlibet oblatam vivendi rationē similem
 sibi reddere, decet, atq; consentaneam. Et quod
 ijs, qui optimam vitam elegerūt, nō suavem
 vitam consuetudo effecit, (Et quidam uoluer-
 runt) sed prudentia potius, vitam optimam
 eandemq; suavisimā reddidit. Quare nos, scatu-
 rientem in nobis fontē, animi securitatis, de-
 fecatissimū atq; expurgatissimū reddere oportet,
 ut, quae nobis extranea aduētitiāq; impendent, ac-
 comodata ac quadrantia ingenti aequitate ani-
 mi ferendo, faciamus. Idemq; docet diuinus
 ille Plato, cum humanā vitam aleae comparat,
 In qua optimus quisq; iactus a leatori maxime
 exspectendus est, Sed ut cūq; tamē ceciderit, ad-
 hibent

hibenda artificiosa curam esse iubet, ut eo, quod
 casus tulerit, quam rectissime utatur. Quam alte-
 rum in nobis situm no esse ait, aled videlicet iac-
 tum, alteru vero situ esse sentit, si sapientes sumus.
 & si quod sors attulerit, a quo animo excipiamus,
 atq; ut unicuiq; locu distribuamus, quo magis co-
 modet id quod bene ceciderit, quoq; minus inco-
 modet id quod retroversum cesserit. Ne autem mi-
 hi obijcias Ethnicorū philosophorū praecepta haec
 esse, qui ab hominibus laudari tantu volebat,
 et sperabant his virtutu splendoribus: quā plu-
 rim^{os} ex nostris christi vestigia sequentibus, itide
 sensisse, digito monstrabo. In primis ipsu lume
 nostrum et ducem Christum (qui ait) sic luceat
 opera vestra corā hominibus, ut glorificent pa-
 trem vestru, qui in caelis est. Deinde ecclesiae co-
 lumen Paulu dicentem. Spectaculu facti su-
 mus mūdo, & angelis, et hominibus per arma
 iustitia a dextris, et a sinistris, per bona fama,
 per ignominiam, et alia. Spectacula vero (ut
 scis) no celebrantur nisi in Theatro, Theatrum
 autem omnibus plenu est, ergo si sumus Specta-

culu, non fugere ad deserta, nec latere debemus, qui
 in medio orbis vitam laude digna degere, In qua
 sententiam, Bernardus, Inter quatuor genera ho-
 minu regnu Coeloz possidentiu, hoc genus homi-
 nu enumerat: quibus metuntur carnalia, du eis
 Spiritalia seminatur, et tales dici mercatores as-
 serit, quia dant in presenti pauperibus tempo-
 ralia, qua possident, ut in futuro recipiant ab
 eis aeterna qua habent: ex mamona scili-
 cet iniquitatis, ut est in Evangelio. (na expe-
 dit nobis vel esse iudicis amicos, vel apud iu-
 dicem intercessores habere amicos) Ut autem
 hoc faciamus, no latere nos debere, sed in me-
 dijs mudi fluctibus circumagi. Cum omnibus qua
 in mundo sunt, quidam abutantur ad curio-
 sitatem, et voluptate, et superbiam, alij vero utu-
 tur eis propter necessitatem, alicubi habentes sua
 suavitatem. Quod si non se sic haberet, Abraham
 ille Patriarchaz princeps, cui primu facta est
 salutis promissio, non scriberetur in sacris lite-
 ris dives valde, et Is hac, qui eius de saluatoris
 gessit Typum, simul ac Jacob, qui cu duabus tur-
 mis

fancibus: Diuitibus scilicet, elemosynā, quae extinguit peccatū, Iratis vero charitatem in proximos, quae omnia vincit, ambitiosis autem honorem, qui alyis vitijs et cupiditatibus frenos imponit, et sic de alijs. Nō quod horū perfectū statū esse iudicare debemus, sed medellam quandā illis a Deo donatā, ne omnino pereat. Ad Patriarchas vero redamus, ut videas nō muneribus sed tentationū sufferentia illos Deo placuisse: Abraham itaq; ut probetur Justus, vnicū filiū in sperato genitū, quē hāredem orbis futurū esse audierat, Iugulare, et a patria in suus est egredi, et de cognatione, Ac profugus aliena arua petere. Isaac autē, ipse met libens oblatus est, quod vita sua nihil haberet preciosius, quod voueret Deo insigniū amoris et fidei. et Jacob solus et nudus in baculo perrexit Mesopotamiam, iacuit lassus in itinere, et qui delicatissime a Rebeccha matre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo usus est, et cū angelo in signū roboris et inuicti animi pugnauit tota nocte, postea in Mesopotamiam Laban durā ac longā seruitutem sustinuit, simul ac fraudes. Joseph deniq; a fratribus Venū datus, ab Aegyptia fuit accusatus.

Qui omnes credendi sunt tam inter prædictas tenta-
 tiones, quã inter prospera postea sibi oblata ani-
 mos prorsus fixos habuisse in Cælestem illã Hieru-
 salem. Ad cuius cõsortiũ (Teste Augustino) nõ ascen-
 dunt, nisi qui toto corde profitentur, nõ proprij operis
 sed diuini esse muneris, quod ascendunt. Et medio in
 mundi theatro cupiditatũ eremũ, in animo incohu-
 isse, quoaduixerunt, incessãter nolentes illud eiusdem
 Augustini, Inter temporalia atq; æterna hoc interes-
 se, quod temporalia plus diligantur, anteaq; habeã-
 tur, uilescãt autem, cum aduenerint. Et quod nõ sa-
 tiet animũ, nisi incorruptibilis gaudij vera et cer-
 ta æternitas: A æternũ uero ardentius diligatur adq;-
 tum, q; desideratũ, Nemo enim plus de illo æstimat
 q; se habet, ne fiat uilius quod paratũ est amplius.
 Sed tanta ibi est excellentia, ut multo plus sit adq;-
 tura cõcharitas, q; fides credidit, uel desiderauit. Nã
 si aliter se gessissent isti, uel nõ laudaretur à Domi-
 no, uel uituperari ab illo mererentur omnes alij,
 qui post propagatũ Christianũ dogma fugerunt à
 mundi consortio, et detestati sunt mundana cõta-
 gia quasi timentes, ne eos inficeret ista pestis.

mis ad fratrem est reversus, et Joseph Princeps Aegypti nec meriti quidquam apud deum haberet, nec fruere aeterna gloria. Praeterea alios innumeros, qui publicam vitam agentes, et divitijs affluentibus, a deo promeriti sunt, et amari, et diligere, ut videas ad nihil conferre, mundi tumultus fugere: - :: - :: - :: -

BLESILLA; Dixisti pro libitu tuo Flaminia. Nunc audi, divites ais, deo obsequium praebere, et ab eo diligere, nec meministi verborum Hieronymi, divitem purpuratum Gebenae flamma suscepit, Lazarus vero pauper, et ulceribus plenus, cuius carnes putridas lambebant canes, et vix de micis mensae locupletis miserabilem sustentabat animam, in sinu Abrahae recipitur, et tanto Patriarcha parente laetatur. Itaque Hieronymus, difficilissimum imo impossibilem indicat, praesentibus quaequam, et futuris frui posse bonis, et ut hic ventrem, et ibi mentem impleat, ac ut de delicijs transeat ad delicias, ut in utroque saeculo primus sit, Atque id probatum esse, his Christi verbis, Difficilius est divitem intrare in regnum caelorum, quam Camelum transire per foramen acus. Divitiarum vero

largitione valere plurimum apud deum, si credis, vide
 quid dicat idem Hieronymus. Te ipsum vult deus hos-
 tiam unam placentem sibi, te (inquam) non tua, et ideo
 varijs tentationibus et periculis commonet nos, quia
 multis plagis eruditur Israel. Paupercula namq[ue] vi-
 dua duo ara minuta misit in gazo phylaciū, et quia
 totum obtulit, quod habebat, omnes dicitur oblatio-
 ne munerū dei superasse locupletes: hæc namq[ue] non
 pondere sui, sed offerentiam voluntate pensantur.
 et Apostoli gloriantur gaudentes, quod omnia ami-
 serint, et secuti sunt saluatorem, et certe, præter re-
 tia, et navē nihil legimus eos dimisisse, Testimonio
 tamē futuri iudicis, coronatur, quia se offerentes, totū
 dimiserūt quod habebant. Abraham vero et Patriar-
 chas alios, quos divites appellas, attende quibus Tribu-
 lationibus probati sint a deo, ut eos dignos se inve-
 niret: certe non divitiarū largitione, qua non eget deus,
 Sed quia cum sit magnus, et omnipotens, sic curat unū-
 quemq[ue] nostrū teste Augustino, tāquā solū curet, et
 sic omnes, tāquā singulos, et ideo ex nostra unius
 cuiusq[ue] libidine, ad quā sumus propinques, bonū ali-
 quod format, quo nos si possibile est, eripiat a diaboli
 faucibus

Inter quos Hieronymus noster, qui ait, Fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare victoriae, ne perdam aliquando victoriam: nisi enim fugero, aut vincendum mihi est, aut eadendum, quid ante necesse est certa dimittere, et incerta sectari? aut sento, aut gero, non vinco in eo, quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nam nulla securitas est, vicino serpente dormire, quia potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Fuga itaque non infidelitatis est, sed prudentiae iudicium, ne frustra nos offeramus periculis: quonia sufficiunt illa quae intrinsecus sunt, quae Paulus, incurtus cotidianos vocat. Quos timet etiam Ambrosius, ac docet nos, ut timeamus his verbis, Docet te lex fugiendum a saeculo, cum dicit, Disponetis nobis civitates ad refugium, et erunt vobis refugia, quo refugiat omnis homicida, qui percusserit animam inuitus, civitates autem erunt ex his quae cesserunt Lenitis, id est deo dicatis, qui sunt fugitantes a saeculo, ut adherent deo, Quasi dicat, quod anima quae percusserit vel suam peccando, vel alterius suadendo, fugiat ad loca, ubi divina exerceantur, ut possit evadere mundi hu-

ius illecebras. Ne autem fuga nomē Verecundiam par-
 veat nobis, subiūgit, Gloriosa fuga est, fugere a facie
 peccati, Sic enim fugit Jacob matre sua dicente, ex-
 urgens fuge in Mesopotamiā, sic fugit et Moises a
 facie Regis Pharaonis, ne eum aula conquinaret, nec
 irretiret potentia. Sic etiam fugit David a facie Re-
 gis Saul, a facieq; Absalon, et fugiens agebat in cre-
 mentū pietatis, qui et insidiatori pepercit, et parri-
 cidę salutem rogavit. Sic fugit & populus Hæbreorū,
 ut fides eius, et vita inter fluctus sibi aperiret via.
 Fuga autem illa erat Trames innocentie, et virtutis
 via, ac pietatis assumptio. Equibus patet inutile quip-
 pe esse crebro videre, per quæ capti aliquādo sumus,
 et eorū experimento nos comittere, quibus difficulter
 careamus, Cū illos, quos sæculi carcer includit, nūc
 ira, nūc avaritia, nūc aliorū incentiva vitiorū, per-
 trahāt penitus ad ruinam. Sit ne hoc verū, an
 non? Bernardū sciscitare dicentem. Credite fra-
 tres, quia pulchritudines istæ, et forenses hones-
 tates, cito fortem enervat propositū, et emolliunt
 animum, Nam et si ipso sæpe usu sopiuntur earum
 delectationes, Tamen contemptu melius, q̄ usu ex-

tripantur, et Vincuntur huiusmodi affectiones. Quod
per se verum est. Fieri namque haudquaquam potest, ut
in hac malitiae incude versando, murmurationis
atque detractionis, liber sit animus ab incendij conta-
gione, in qua, itur in verba, et sermo Teritur, ac
lacerantur absentes, et vita aliena describitur,
ac mordentes inuicem consumimur ab inuice. Vbi
nunc, ira personam nobis Leonis imponit, nunc cura
superflua in annos plurimos duratura praecogitat,
et ubique compendium est, velocior pes est, et citus
sermo, atque auris attentior, Si vero damnum, vultus
maerore deprimatur, nec secus atque in Theatralibus
scenis unus idemque Histrion, nunc Herculem robustus
ostendit, nunc mollis in venerem frangitur, Nunc
vero Tremulus in Cybele, Ita est nos, tot habemus
personarum similitudines, quot peccata. Quae verba
sunt Hieronymi, quibus depingit consuetudinem,
et ex longo usu necessitate illorum, qui antea et publi-
cis rebus inuoluuntur. Atque eorum fructum sat expertus
in se ipso, nos admonet his sequentibus. Quae prop-
ter, quia iam multa vitae spatia transimus fluctu-
tuando, Quavis nostra nunc procellarum concussa

turbine, nunc scoporum illisionibus perturbata est, cum
 primum licet, licet autem quoties volumus nos nobis red-
 dere) quasi portum quendam secreta ruris intremus,
 Vbi cibarius panis, et holus nostris manibus irriga-
 tu, et lac (deliciae rusticanae) viles quidem sed inno-
 centes cibos praebent. Vbi viventes, non nos ab ora-
 tione somnus, nec saturitas a lectione revocabit. Na-
 si aestas est, secretum arboris umbra praebet, si au-
 tumnus: ipsa aeris temperies, et strata subter fo-
 lia, locus quietis ostendit. Verè namque ager flori-
 bus pingetur, et inter querulas aves psalmi dul-
 cius cantabuntur. Vbi etiam (quae vel prima in
 christianis virtus est) nihil arrogat sibi de conti-
 nentia supercilij, sed humilitatis inter omnes con-
 tentio est et qui novissimus fuerit, primus pu-
 tatur, et ubi in veste nulla est discretio, nullaque
 admiratio, sed ut cuique placuerit incedunt, quia
 nec detractionis, est nec laudis locus. Et suo stat
 domino unusquisque, aut cadit, ideo non indicat
 alterum, ne a domino indicetur: atque illud quod
 in omnibus provinciis familiare est, ut genuino
 dente se lacerent, hic penitus non habetur, quo-

ma tota rusticitas hic, & extra psalmos silentiū ē.
Quae omnia prorsus abesse ab antico conuictū, mi ipsa
vides Flaminia, cū ibidem videamus dillicide, quod
ubi honor nō est, ibi contemptus est, ubi vero contemp-
tus est, frequens ibi iniuria, & ubi iniuria, ibi in-
dignatio est, ubi indignatio, ibi quies est nulla, ubi
autem quies nō est, mens saepe a proposito deduci-
tur, ubi autē per inquietudinem aliquid auferatur
ex studio: minus fit ab eo quod collitur, & ubi mi-
nus est, perfectū nō potest dici, qualiter autē po-
test a minus suapte natura perfectus, imperfectis,
ut iam alias diximus, satiari? & nō eam vitæ co-
ditionē appetere & eligere, quae perfecto vicinior
est, atq; ad hanc statim ab ipso aetatis limine anhe-
lare; quādo ex fabij sententia, Non differendum
est Tyrocinū in senectutē, nā quotidie metus
crescit, manusq; fit semper quod ausuri sumus, &
dū deliberamus, quando incipiendū sit, incipere
Jam seruum est. Praesertim cū simus tenacissimi
eorum, quae rudibus annis percipimus, ut sapor
quo noua imbuias, durat, nec lanarū colores quibus
simplex ille candor mutatus est, elui possunt, Haec

autē magis pertinaciter haerent, quae deteriora sunt.
 Nam bona facile mutantur in peius, in bonū autem ver-
 tere vitia, durū est, & difficile mutare habitū animi
 semel constitutū, Unde tempore opportuno excēdū nobis
 est ex Hux Caldeorū, et fugiendū hinc, ubi totū, nihil
 est, ubi ē qui se putat esse aliquid, nihil est, & omnino
 non est, & Transiendū sicut David, id est sicut bonus ser-
 uus, ut dicatur nobis, transi, recumbe. et sicut Moses, ut
 videamus visionem magnā, videlicet deū Abrahā Isach
 & Jacob. quem si videre volumus, solvamus calciamētū
 oportet, solvamus, uti transeamus, atq; relinquamus um-
 bram, qui Solem sequimur, & nō desideremus fumū, qui
 lumen quærimus. Fumus enim iniquitas est, quia sicut
 fumus oculis, sic iniquitas utentibus ea, umbra est. et um-
 bra nostra est vita super Terram (ut Job dixit) Quid au-
 tem in umbra esse potest nisi tentationes? Omne scilicet te-
 pus in sollicitudine, & omnis vita in molestiis. In qua (ut
 saepissime tractavimus) hinc illū audies cōquerētē cū
 Job, כִּי טֹוֹב קִוִּיתִי וַיָּבֹא רָע וַאֲיִהָה לְאִזְדָּחָה
 id est Expectabam bona & venerūt mihi ma-
 la, praestolabar lucem & eruperūt tenebrae, iudem vero al-
 ternum, הִרְדֵּף כְּרוֹחַ נְדָבָתִי וְכַעַב עַבְדָּה

שְׁעַתָּה כְּוָאֵה כְּשֵׁר כְּעֶפְרָזָה
 id est, Abstulisti, quasi ventus desiderium meum, et ve-
 lut nubes pertransiit spes mea, comparatus sum luto et as-
 similatus sum favilla et cineri. Quos semper nubantes
 ad aures tuas aduentitare cotidie videbis. Flaminia,
 et his similes alios. Coram oculis vero se tibi offeret ille
 alius dicens. Quid me potens Fortuna, fallaci mihi,
 blandita vultu, sorte contentum mea, Alce extulisti gra-
 vius ut ruerem, edita, Receptus arce, totaque perspicerem
 metus! Melius latebam procul ab invidia malis, Re-
 motus inter Corsici rupes maris, ubi liber animus, et sui
 iuris, mihi semper vacabat, studia recolenti mea. Atter-
 go ante ille alius altiori voce, altiori que animo dicet, (ut
 retro spectas) et attendas, טוב ללכת אל בית
 אבל מלכת אל בית כשעת בא שר הזאפוז
 id est Melius est, וזהו יתן אל לבו
 ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, in illa enim
 finis cunctorum admonetur hominum, et viuens cogitat
 quid futurum sit. Atque ultra Risum reputari errorem,
 et gaudia dixi, quid frustra deciperis? quid enim habet
 amplius Sapiens a stulto, et quid pauper a diuite, ni-
 si ut pergat illuc, ubi vita est! quasi omnia huma-

na miseria esse dicat, et vanam sollicitudine, et nil
 aliud. Ex qua proveniant multa, quae nos magis tor-
 quent, quam debent, quaedam autem ante torquent, quae
 debent, (ut ait Seneca) est quaedam torquent, cui omnino
 non debeant, quia aut augemus dolorem, aut fugimus, aut
 praecipimus, ut simus miseri ante tempus. Quoniam
 cum ipsa miseria colluctamur, quandiu animus nos-
 ter vincitur est amicitia rerum mortalium, et dilaniatur,
 cum eas amittit. Amittit autem quotidie, qui charum aliquid
 habet, quod non charum sit in illo, qui nunquam amittitur,
 iuxta Augustinum. Et tunc sentit miseria qua miser est,
 et anteaquam amittat illum, scilicet deum, quem nemo
 amittit, nisi qui dimittit, qui vero dimittit, quod aut
 quo fugit, nisi ab eo placido ad eum iratum? Unde mag-
 na miseria est hominis, cum illo non esse, sine quo non
 potest esse, in quo est enim, nempe sine deo non est, et
 tamen si eius non meminit, eumque non intelligit, nec
 diligit, cum eo non est. Non meminisse autem eius, cuius in-
 dicium omnino subituri sumus, a perita desidia est: et
 non cognoscere illum, ad quem ascendendo illico illumina-
 tur ignorantia nostra, et corroboratur infirmitas, data
 sibi intelligentia, qua videat et charitate qua ferueat,

in excu

in excusabilis est pigritia: Non dilligere autem cu-
 ius omne præceptum leue est amanti, & onus leue, per-
 uersa & detestabilis animi feritas est. Conteramus ergo
 iam conteramus venantium laqueum, Flaminia, & trans-
 mitemus in montem sicut passer, ut liberius cana-
 mus, Laqueus contrictus est, et nos liberati sumus, &
 ut hoc possimus dicere securus, Inimicam multorum
 conuersationem fugiamus, Nemo namque, ut sentit ille,
 non aliquod nobis vitium aut comodat, aut imprimit, aut
 nescientibus allinit utique: quo enim maior est populus,
 cui commiscemur, hoc periculi plus est. Nihil vero est
 tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo de-
 sidere. Quare subducendus populus est noster animus,
 et parum tenax recti: nam facile transitur ad plures.
 Vnum exemplum aut luxuria, aut auaritia multum ma-
 li facit, et conuictor delicatus paulatim enervat &
 emollit, ac vicinus diues cupiditatem irritat, & ma-
 lignus comes, quamvis candido & simplici, rubiginem
 suam affricuit. Nihil enim aliud accidere his mori-
 bus potest, in quo publice factus est impetus. Nam ne-
 cesse est, ut aut imitemur, aut odio habeamus. Vtrique
 ante denitandum est, ne vel similes fiamus, quia mul-

ti sunt, ne ne' inimici multis, quia dissimiles. Recedamus potius, quantum poterimus, et cum his uersemur, qui nos meliores facturi sunt: atque illos admittamus, quos possimus facere meliores. Mutuo etenim ista fiunt, et homines dum docent, discunt, haec tamen schola non inter aulicos, nec inter multos, sed inter rusticanos et paucos exerceri potest. . . .

FLAMINIA: Utilis omnino est perquam necessaria mihi uideretur fuga ista, quam admones Blesilla, si ut iam superius dixi, prodesset nobis laqueos extraneos fugere, cum nos nostri sequantur ubique. Cumque dicat Ambrosius, quid de extraneis laqueis loquor? nostri nobis laquei sunt cauendi, In ipso hoc corpore nostro laquei circumfusi sunt nobis, quos debemus vitare. Igitur non credamus nos corpori huic, nec comisceamus cum eo animam nostram, et hoc erit uere fugere, cum amico namque (inquit ille) misce animam tuam, non cum inimico, Inimicum est corpus tuum, quod repugnat menti tuae, cuius opera sunt inimicitiae, dissensiones, et lites, quae non aliunde proueniunt quam a nobis ipsis. Quid ergo interest, sit ne inter Tumultus, amindeserti penetralibus ille, a quo solo omnia proueniunt mala?

Nam si id conferre ad beatitudinē suspicaris, deciperis.
 Tunc enim felicem te esse iudica, (inquit Seneca) cuius
 verba et sententias tu adeo laudas. Cum poteris in pu-
 blico vivere, et cum te parietes tui tegent, et non absco-
 dent, quos plerūq; circumdatos nobis indicamus, non ut
 tutius vivamus, sed ut peccemus occultius. Janitores
 vero conscientia nostra, non superbia opposuit, et sic vini-
 mus, ut deprehendi, sit subito aspici, quid autē prodest
 recondere se, et oculos, hominū auresq; vitare? Bona
 conscientia turbam advocat, mala, etiam in solitudi-
 ne anxia atq; sollicita est, si honesta sunt quae facis,
 omnes sciant, si turpia, quid refert neminē scire, cum
 tu scias, et te miserū si contemnis, hūc hostem, Si autē
 e turba secedere, conferre ad gloriā, censes vilesilla,
 deciperis quoq;, gloriari enim otio, iners ambitio est,
 nam animalia quaedam ne inveniari possint, vesti-
 gia sua circa cubile ipsū confundunt. Id quod nobis
 faciendū est, alioqui non deerunt qui persequantur. Mul-
 ti namq; aperta transiunt, et condita, et obtrusa rimantur:
 tur: Optimū itaq; est non iactare otium suum ^{quempiam} ~~empium~~,
 iactandi autem genus est, nimis latere, et a conspectu
 hominū secedere. Quod si obstare turbae multitudinē

bonis moribus, ac virtutū exercitio arbitraris, etiā fal-
 leris. Audi nāq; eūdem Senecam, Mentiuntur qui sibi
 obstare ad exercitia liberalia turbā negotiorū videri
 volūt, simulant enim occupationes, et augent, et ipsi se oc-
 cupant. Vaco mi Lucili, vaco, et vbiq; sum, meus sum,
 rebus enim nō me trado, sed cōmodo, nec cōsector per-
 dendi temporis causas, et quocūq; cōstiti loco, ibi cogita-
 tiones meas tracto, et aliquid in animo salutare ver-
 so. Quibus liquet non fugiendam esse a horū consue-
 tudinem, quod si ista, ad quā recensui utile esse tur-
 bae consortiū, nō ad rem facere mihi obijcis Blesilla:
 quasi futilia omnia ē aurae humanae obnoxia: di-
 cisq; illud Platonis, οὐκ ἄρα τὸ βέλτιστον τῶν ἡμῶν
 οὐτὼ ἰσχυρότερον, ὅ, τι εὐρυσθενεὶ οἱ πολλοὶ κηρῶς, ἀλλ'
 ὅτι ὁ βέλτιστος περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδικίων, ὁ εἷς, καὶ
 εὐνή καὶ ἀλήθεια. id est, Non igitur o vir optime ad
 modū nobis curandū est, quod de nobis multi loquā-
 tur, sed quid dicat hic unus, qui intelligit iusta et
 iniusta, atq; ipsa veritas, et ideo fugiendū esse affir-
 mat ad solitudinem, vbi conscientia solus testis
 sit. Bernardū citabo predicantem, Sicut bene con-
 creta virtus, et fideliter animo insidens, possessorem suū

um in nulla deserit multitudine, sic vitium, possessum,
 suum liberum esse non patitur in qualibet solitudine, na-
 nisi pertinaci studio expugnatum fuerit vitium, leniri
 potest, vinci tamen vix potest. Et quomodo cum se com-
 ponat animus, et in quavis solitudine habitet, secretum
 vel silentium cordis, esse non patitur. Quare paulatim por-
 tius disuendam esse ego censeo Blesilla, necessitate vi-
 tiorum, antequam ex longo usu inherant inter amicos et mi-
 micos, ex quibus unus, admonendo, alius exprobrando
 nos ab illa coereceat, quam sciendam postea absentia turbat
 et fuga. Quando et fugere eam non possumus, si semel ex-
 creuit. Haec namque usu, animo infigitur, animum autem
 exuere quis potest? Praeterea euenit saepe numero, ut
 cum aliquot vitia multitudinem vitando effugere nos cre-
 dimus, in alia maiora incidamus. Puta in superbiam,
 omnium vitiorum detestabiliorem, quae in solitudine cito sur-
 rept, teste Hieronymo, Ibi enim si parumper quis ieiun-
 auerit, intus corde, foris lingua vagatur, et indicat
 tra voluntatem Apostoli alienos seruos, atque neminem vere-
 tur, sed omnes se inferiores putat. Unde idem Hiero-
 nymus: Qui vitam incoluit solitaria, periculosa eam
 vocat, et affirmat, quod obstructi ab hominum frequen-
 m, iij

tia, qui illa degunt, sordidis et impijs cogitationibus pa-
 teant. Nec prodesse talem vitam asserit, ad extirpa-
 das cogitationes animo adherentes, quin sapius in imen-
 sum excrescere: (cui dicit) Quoties in Eremo vastaq; so-
 litudine, quae ex usta solis ardoribus horridum praesta-
 bat habitaculum, putabam me Romanis interesse de-
 lictijs. Id quod euenire saepenumero solet, Nam quae cre-
 bro tractantur, saepissime nobis vilescunt, illa vero,
 a quibus abstinemus, desiderantur, et animu nostru
 dilacerant. Esset ergo, meo iudicio tutius, calcare
 ea, quae nobis sunt damno in praesentia, q̄ desiderare
 absentia. Praeterea, Cum vitars medicinae eadem
 manes, neq; vlllo modo ipsa mutata, mutat tamen praec-
 cepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetu-
 do: Ita diuina prouidentia (vt ait Augustinus) cui
 sit ipsa omnino incomutabilis, mutabili tamen creatu-
 ra, varie subuenit et pro diversitate morboru alijs
 alia iubet, aut vetat: vt a vitio unde mors incipit,
 et ab ipsa morte, ad naturam suam et essentiam, ea
 quae deficiunt, id est, ad nihil tendunt, reducat et
 firmet. Illis, quibus, no adeo fortis inest animus, vt
 soli sibi possint esse indices, et tutores, si vitia exer-

cuerint, Jubeat Deus, seu permittit, ut inter multos vivat,
 e quibus vel exemplo vel persecutione discant quae fac-
 turi sunt: quibus vero solidus et invictus est, praecipit,
 ut sequantur solam vitam et segregatam a turba, quo
 perfectius vivant: Fragilibus autem, dicitur ab Hiero-
 nymo, Melius est parva bona cum charitate facere si-
 ne conscientia, quam magnis effulgere virtutibus cum ad-
 mixtione discordiae, excelsa namque periculosius stant, et
 citius corrunt quae sublimia sunt. Istis vero fortioribus,
 dicitur, Genus regale, et sacerdotale estis, illum atte-
 dite patrem, qui nunquam moritur, et qui ideo vives
 mortuus est, ut et nos mortuos vivificaret. Ad quae se-
 quendum canit David, Obliviscere populum tuum, et do-
 mum patris tui, et concupiscet Rex decorem tuum. atque is-
 tis Hieremum magnopere commendat, ut optabilem illam
 reddat, nuncupans eam desertum christifloribus vernas, in
 quo nascantur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas
 magni Regis extruitur. In quo etiam non audiantur ver-
 ba mendacij. cum iusta Prophetam diminuta sint ve-
 ritates a filiis hominum, nec sit quid faciat bonum, non
 sit usque ad unum. Quod si sic non se haberet res, ut do-
 mino inservire possent fortes et fragiles, ac illiqui

in mundo degunt, et quia mundo secedunt, non nobis per
 Cyrillum diceretur, si omnia non possumus, saltem ea quae
 docentur in Ecclesia, quaeque recitantur, memoria comen-
 demus, ut exeuntes de illa, et agentes opera misericor-
 diae, implentesque divina praecepta, sacrificium cum thure
 et oleo offeramus in memoria domini. Qui dominus,
 si in memoria sui iubet offerre, constat saluos quoque
 velle facere eos, qui in mundo sunt, et quoties vacat
 ad ecclesiam veniunt offerentes deo Thure, et oleum cha-
 ritatis in proximos. Ut alios qui iubentur offerre
 adipem, qui super pectusculum sunt, et pinnam iecoris.
 scilicet cor, de quo auferenda sunt mala cogitatio-
 nes, et altaris igne tradenda, ut possit cor mundi
 effectum, dominum videre, et pinnam iecoris scilicet om-
 ne vitium irae, et furoris, quae partem iecoris possidet,
 et brachium separationis, id est separare se ab omni
 fratre inquiete ambulante, vel certe exire de medio
 peccatorum. Ex quibus patet utriusque vitae statum
 a deo ipso constitutum esse, et ideo non detestandum nec
 vilipendendum esse secularem. Praeterea, quod saepe nu-
 mero quibusdam magnitudo virtutis, occasio per-
 ditionis fuerit, Ita, ut eundem confidentia virum in-
 ordina-

ordinate securi essent, inopinate per negligentia morerentur. Virtus namque, ut sentit Gregorius, cum vitis renititur, et quadam delectatione eius sibi metipsum, animus blanditur, fitque, ut bene agentis metum suam circumspeditionis abijciat, atque in sui confidentia securi requiescat, cui iam torpenti seductor callidus, omne quod bene gessit, enumerat, eamque quasi praeter ceteris praepollentem in amore cogitationis exaltat. Inquam sane sententiam dicebat Fabius, quavis Ethnicus, observatum fere est, celerius occidere festinata maturitate, et esse nescio quam, quae spes tantas decerpit invidia, Ne videlicet ultra, quam homini datum est, nostra prouehantur, Homini namque est infirmitas et inconstantia ac fragilitas: de quo Job) Vinitas enim diluculo, et subito probas illum. Unde, me de his quae videbat Ezechiel, elatione cor subleuaret, caute perpendere eum iniebat dominus quid esset: vocans eum prius, filium hominis, ut cum summa penetraret, esse se filium hominis recognosceret, quatenus dum ultra se raperetur, ad se metipsum, sollicitus, infirmitatis, suae freno, reuocaretur. Oportet ergo ut multorum iudicio vitam nostram regamus, et ut animi nostri

possimus continere, prius corporis nostri in nobis ipsis, non
 in exteris locis, fugam sistamus. Et tunc plurimum reme-
 dia continuata proficient. Interrumpenda cum non sit
 quies, et vitæ prioris obliuio, (Ut diximus) sed sine-
 re debeamus oculos nostros dediscere videndo, et au-
 res asfuescere sanioribus verbis, audiendo. Quoties eni
 processerit vnusquisq; in ipso transitu, aliqua quæ
 remoueat cupiditates, occurrēt, scilicet honoris ani-
 ditas, seu timor vituperij, quod Ingenia liberaliter
 educata, facilius verecundia, quàm metus superet. Et
 quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor. Sed
 dum hæc studiose discutimus, Sol festinavit ad oc-
 casum, et iam nos renocat pedissequæ ad cenam. Con-
 silium igitur fuerit tantisper corpus reficere, ac
 mox a cena peripateticorum more, ad aquas interde-
 ambulandum susceptam disputationem absolueret.

BLESILLA;

Placet sane quod suades, nam et
 longiore, quam credis oratione
 refutanda sunt quæ de cõ-
 muni vita coacernas.

Fig. :-

A CAENA

Ultima Colloquij Pars,
Sub die ad lunæ,
Splendorem:.



BLESILLA.

DUM CRÉDO, TE ALIQUANTULUM
ab erroris torpore, meis dictis enigilare Flaminia, iterum
te ceno collinis, et prorsus in eodem Auto hasitas. Quare
vel quæ iam toties dixi denno iterare oportebit, vel alia
exquirere ac riora, quæ mentis tuæ (ut sic dicam) sanie
et ulcus velut mel salutiferum, mordeant, dum sanant, Igitur
eiusdem Hieronymi (cuius sententiâ ultimo citasti) afferam
verba, quibus te confundam, si potero, Navis (inquit) qua
vis sit rudis, et solidis cofixa clavis, In mentesque fluctus
no sentiat, cito, si periculose navigat, perforatur, et licet
plenis ventis lucrosius ad optata perveniat, tamen ma
gis secura sunt quæ et tranquilla sunt. Itaque tu, si plus
te habere mercedis ais, si in media vrbe consistens recte
vivas, est verum, sed non tam facile expletur opere, quam

dicto, na ambitio, et potentia ac magnitudo urbis, videre
 et videri, salutare et salutari, laudare, & detrabere, atque
 audire, vel proloqui, a proposito et quiete sunt aliena,
 qua nos optanda tibi predicamus, et sequendam. Nec
 alia de causa multi philosophorum reliquerunt urbium
 frequentias, et hortulos suburbanos, ubi multae oculorum
 rum anviuq; illecebrae insunt: nisi ut non per luxuriam
 et per abundantiam copiarum, animae fortitudo molles-
 ceret, Ex quibus multi fuerunt, qui solam hanc ani-
 mi tranquillitatem adeo expetebant, ut a negotijs pu-
 blicis se remouerent, et ad animi otium profugerent, inter
 quos quidam homines, seueri et graues, dum nec popu-
 li, nec principum mores ferre nequiverent, vixerunt in
 agris, delectati re sua familiari, quibus idem proposi-
 tum fuit, quod et Regibus, ut nequa re agerent, et
 ne cui parerent, sed libertate uterentur (cuius propri-
 um est sic vivere, ut quis velit) atque hoc solum, vitae
 nomen promereri procul dubio credebant, Pythagora
 sequentes qui ait, Ποίει δὲ κρείετα εἶναι καὶ ἄρ-
 τοῖων μέγιστα ἀδοξείν, Θάυλος γὰρ κρητὴς πάντων καλοῦ
 πράγματος ὄυλος, διότι ἐρῶν ἂν πῶν ἐπαίνων κατὰ
 ἄπορίης, ἢ τῶν ψόγων κατὰ ἄπορίης. Id est, Fac ea quae
 videris,

Videris esse honesta, etiam si postquam feceris, inglorius futurus sis, omnis enim honestae rei malus index est, vulgus, quorum igitur laudes contemptui haberes, eorundem vituperia quoque sperne. Nec Principes olim hac animi magnitudine caruerunt, quum illa utebatur, ut de Numma scribit Plutarchus, illum scilicet suapte natura esse ad omnem virtutem accommodatum, magnoque labore se philosophia addixisse, non solum vitia animi extirpando, sed a se prorsus amouendo omnem cupiditatem, et appetitum laudis humanam, ac se divino cultui rerumque magnarum cognitioni tantum tradidisse, ut nomen gloriosius quam Regis obtineret. Quae omnia, sat amplum nobis pudoris argumentum praebent, quando istos se tales praebuisse in despicendis humanis rebus diligendisque solidis bonis legimus, nos autem delitescimus inter hasce viles et turpes cupiditates, quae longe melius quam illi, quid sequendum sit norimus, et expertae simus. Nec non et alia in tui ruborem citare stat sententia, in primis, infracti illud animi specimen, in Scythia Anacharsi, qui ita omnia pro nihilo habuit, ut Hannoni hanc scriberet epistolam, Teste Cicerone, Mibi amicitus est Scythicum tegmen, calciamentum vero soliorum cal-

sum, et acibile terra, ac pulsametum fames, quare ut
 ad quietum melicet venias, munera autem tua (quibus
 delectaris) vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona.
 Atque in Socrate, cui, cum magna vis auri argentique illi
 ferrent, quae multa non desidero inquit, et in Xenocra-
 te, qui ductis Alexandri legatis in Academia (ut cum illo
 admodum illo parce cenavit) ab illis rogatus, cui nume-
 rari iuberet, respondit. Quid vos! Hec esterna cenula non
 intelligistis me pecunia non egere? In Dia Tandem, qui
 multarum possessionum precium proiecit in mare, dices.
 Abite in profundum mala cupiditates, ego vos demerga,
 ne ipse mergat a vobis. Ne autem oblonga multorum
 serie te obtundat, alios innumeros tali animi magnitu-
 dine praeditos in spernendis pecunijs ac divitijs praeter-
 tereo, cuius tamen alios in media proferens deliciarum
 ac luxus spectatores, non inglorios, ut ex utrisque colligas,
 quae damnandi sint, aut simus, quae istarum causa,
 Intulenti humanae conditionis rebus inhaeremus,
 In quibus Darius, qui in fuga, quum a qua Turbidam,
 et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam
 se bibisse iocundius, & Ptolomeus, cui peragranti
 Aegyptum, (comitibus non consecutis) cibarius in cassa pa-
 nis,

nis datus esset, nihil ei visum est illo pane iocundius. Atque
 Persae quoque omnes, quorum victus a Xenophonte expo-
 nitur, et illos negat ad panem adhibere quidquam praeter
 nasturcinum. Haec autem omnia cur credis Flaminia
 sic accidisse hisce? nisi quod Natura paruo cultu con-
 tenta est. (ut scribit Cicero) et omnia ista quae optantur
 desiderijs condiuntur. Exoptare autem, usque adeo parui
 momenti res, (quas isti alij) Ethnici, gloriae animalia,
 et aurae popularis vilia mancipia spreverunt, quae sit
 absurdum, ut videris, cum nobis a Hieronymo illo nostro
 dicatur, Illi terrena sapiant, qui caelestia promissa
 non habent, Illi et brevi huic vitae se totos implicent,
 qui aeterna nesciunt. atque illi seruiant vitijs, qui non spe-
 rant futura praemia virtutum. Nos vero, qui purissima
 confitemur fide hominem manifestandum esse ante Tribu-
 nal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui,
 prout gessit, sine bonum sine malum procul esse debemus
 a concupiscentijs, dicente quoque Apostolo. Qui enim Christi
 sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, et concupiscentijs.
 ex qua concupiscentia provenit quoque ista mea reluctatio
 adversus meam firmam de fugiendo seculo opinionem, ut pos-
 sis frui vita beata, Nullum enim sine auctoramento malum

nec vitiorum parvas. G.

n. i.

est, (ut ait Seneca) nā auaritia pecuniā promittit nobis,
 luxuria vero multas ac varias voluptates, ambitio purpu-
 rā et plausū, et ex hoc potentiā, et quidquid potentia po-
 test: atq; hic, ubi perstas, mercede te vitia sollicitat, hic ve-
 ro, ubi te secedere admoneo ad beatā vitā, tibi gratis vi-
 uendū est. Libera est enim seruitus apud deū, cui nō neces-
 sitas seruit sed charitas. Et Hic, ubi tu dehis, nūq; satis
 litigatis cum vitijs, quae persequi iubemur sine modo
 ac sine fine, nā illis quoq; nec finis nec modus est, et
 proycere quaecūq; cor saniant, quaeq; si aliter extrahine-
 quirent, cor ipsū cū illis reuellendū esset, ac nobis mi-
 micissima videri latronū more, quos Philitas Aegyptij
 vocant, quando in hoc nos amplectuntur, ut strāgulent.
 Illorūq; irritamēta q; longissime profugere, quando mi-
 litandū nobis est eo quidem genere militiae, quo nūqua
 quies, et nūq; otium datur. Et ad hoc, in primis durius,
 Tractandū est corpus, ne animo male pareat, cibo fame
 sedando, potione sitim extinguēdo, et veste arcendo fri-
 gus, atq; domus munimento vti aduersus infesta corpo-
 ris, nec hanc vtrū cespes erexerit an varius lapis gen-
 tis aliena (ut inquit Seneca) pro nihilo habendo, quia
 tam bene tegitur homo, culmoq; auro. Quia sic contem-
 nendo

nendo omnia, quæ superuacuis labor, velut ornamenti
ad decus ponit, cogitabimus melius et perpendemus
in nobis præter animū, nihil esse mirabile, cui magno,
nihil magnum est, et alienū esse omne quidquid optādo
venit, nec esse nostrū, Fortuna quod facit nostrū, cui dare
bonū quod potuit, auferri possit. Deinde cupiemus fuge-
re isthinc, quādo affirmat, Seneca, in suis visceribus ex-
pertū se habere, Nullū aliud aduersus vitia et cupidita-
tes, medicamen vtilius, esse fugā, et sua vitia, si hac per-
sanata nō fuisset, quod longo usu insanabilia essent, ser-
pere tamen desisse solo hoc remedio. Exclamat etiam
quod, rectū iter quamuis sero, cognouit, lassus errando mos-
trat alijs, ut vitent quacūq; vulgo placent, et quæ casus
attribuit, ac ut ^{ad} omne fortuitū bonū suspiciosi pani-
dique subsistant, eo quod fera et piscis spe aliqua oblectā-
te decipiatur, et ita munera ista Fortuna, quæ putā-
mus, insidia sint. In quibus hoc quoque miserrimi fal-
simur, quod habere nos putamus, et hæremus, ac iste
cursus in præcipitia nos deducat, quia huius emine-
tis vitæ exitus cadere est, et demde ne resistere quidē
sicut, cum cœpit Transuersos agere Fortuna. Quoties au-
tem ad quem fugiendū tibi sit, Flaminia vobis scire,

quando a quo fugere debeas Jam audisti: ad summū bonū,
 et propositū totius vitæ respice. Illi consentire debet quid-
 quid agimus (ait ille) nō enim disponet quisq; singula, ni-
 si cui iā vitæ summa proposita est, et ideo peccamus, quia
 de partibus vitæ omnes deliberamus, de tota vero nemo,
 errantq; consilia nostra, quia nō habent quo dirigantur. Ig-
 noranti nāq; quem portū petat, nullus suus ventus est.
 Quare necesse est multū in vita nostra ut casus possit,
 quiam vivimus casu. Summū vero bonū est illud, quod
 honestū est, et quod magis admireris, unū bonū est, quod
 honestū est; cætera falsa, et adulterina bona sunt: quæ
 si persuaseris tibi, et virtutem adamaueris, amare enī
 parū est, (ut superius probavimus quim pro illa opte-
 tere) quidquid ex illa, contingerit, id tibi faustū felixq;
 erit. Hæc nāq; par est, et mala fortuna nō vincitur, et
 ordinatur in bona, nec potest maior aut minor fieri,
 nā unius staturæ est, et quia suo iure est bona, depra-
 vari in malū nō potest, ex sententia Senecæ) Sola
 hæc vitam beatā (ut toties diximus) efficit, vitæ autē
 beatæ, ducē et finē esse deū, diximus. Nec etiā aliud
 est in quo erretur, cū omnes beatā vitam optent, nisiq;
 instrumenta eius pro ipsa habeant. et illam dū petūt,
 fugiat

fugiant. Cum enim summa beatæ vitæ sit solida tranquillitas, et eius inconcussa et fiducia, homines, sollicitudinis colligunt causas, et per insidiosum iter vitæ, non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. atque ita longius ab effectu eius, quod petunt, semper abscedunt: ac quo plus operæ impendunt, hoc magis impediunt ac feruntur retro, et quod evenit in labyrintho, properantibus, ipsa illos velocitas implicat. Properandum ergo, et cogitandum est, quantum celeritati additurussemus, si a tergo hostis instaret, aut si equitem aduentare suspicaremur, ac fugientium premere vestigia: Fit hoc in vita nostra, proculdubio: acceleremus igitur, nam premimur, et eamus, perducamus nos in tutum, et subinde consideremus, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, (ut iam superius late tractavi) demum de spectemus securi reliquam temporis nostri partem: quæ beatior non fit si longior: cum ille solus necessitates supergressus sit, et exantoratus ac liber, qui vivit vita peracta: Fundamentum autem bonæ vitæ sit gaudere bonis: fundamentum hoc dixi, imo culmen est. et ad summam pervenit, qui scit quo gaudeat, quia felicitatem suam in aliena potestate non posuit. Nam sollicitus est, et incertus sui, quæ spes aliqua rerum humanarum, proppritat, licet ad manum sit,

Et licet non ex difficili petatur, ac illud nunquam sperata dece-
 perint. Animus debet esse alacer et fidens, et super om-
 nia erectus, qui hilari oculo mortem contemnat, pau-
 pertatem domini aperire, et voluptates tenere sub freno,
 atque meditari dolorum patientiam, ex quibus itur ad bea-
 tam vitam, haec qui apud se versat, in magno gaudio
 est, sed parum blando. In huius certe gaudij possessio-
 ne esse vellem, quod nunquam deficiet, cum semel, unde
 petatur, innenerit. Petitur autem a despectu regni huma-
 narum et fuga. Dicet tibi, Magni esse hoc et arduum
 fateor. Sed omnipotens, et bonus est Deus, qui in nobis
 est pius promissor, et fidelis redditor, (ut inquit Ambro-
 sius) et indefessus adiutor, qui magno amore eius, mag-
 na profitentibus, et in fide et spe gratiae eius maiora
 viribus nostris aggredientibus, et voluntate, et deside-
 rio suggerit in idipsum, et qui voluntatis gratiam praerogavit,
 sub rogabit etiam virtutem ad prouentum. Si nos
 fuerimus ambi dextri fortissimi, sicut Ahod ille in-
 dex fortissimus Israel, qui utraque manu utebatur
 pro dextra, ad resistendum scilicet laboribus et cupidita-
 tibus, immemores ollarum Aegypti. Qui vult manu
 dei lenari, teste eodem Ambrosio, oportet, ut antea
 ipse.

ipse enolet, habeatq; penas suas. Nā qui fugit sæculū, penas habet, et si suas nō habet, accipit ab eo qui habet (qui est Christus) cuius corpus sequamur, ubi enim corpus, ibi et aquilæ, qui vero nō potest ut aquila volare, volitet ut passer, qui autem nō potest ad cælū, vollet ad montes, et fugiat vales, quæ cito corrumpuntur humore, et ad montes transeat, ad montes illos æternos, ad quos per Micheã dominus iubet ascendere, Surgite, dicens, hinc, quia nō est nobis hic refrigeratio, propter spurcitiã corrupti estis corruptione pessima, et persecutione passi estis. Fugiamus autē impigre, lumbis nostris cinctis, et calceamentis in pedibus nostris, et baculis in manibus, ut filij Hebræorū: et noctu, ne videamur ab Egyptijs, et impediāt iter nostrū suis lascivijs et blandimentis: quare Esaias clamat, Roborate manus ræmissas, et genna dissoluta, idest nō corporis sed o anime genna conalescite, ut directū ad cæli altissima mentis nostræ vestigiū possit attolli, et sit doctrina nostra solidior, ac vita maturior, atq; gratia plenior secundū eundem Ambrosiū, prudentiaq; circumspectior. Hoc est enim fugere, scire quo tendas, et alienare se a sæculo, atq; ablenare a corpore, ne ista erum-

frustra se aliquis extollat, et in flata metū carnis suae
 nō teneat caput, et dicatur de his, fugerūt et nō vide-
 rūt. Et hoc est quoq; fugere hinc, mori elementis istius
 mūdi, abscondere vitam in deo, et declinare corrup-
 tiones, nō contaminare se cupiditatibus, nescire quae
 sūt mūdi istius, qui nobis varios gignit dolores, et exi-
 nanivit cū replerit, cūq; exinaniverit replet.
 Unde iustus dicit. In via hac qua ambulabā, abs-
 conderūt lequeos mihi. in via (inquit) hac absconderūt.
 Ambulemus ergo, nos illā viam quae dicit, Ego sū via,
 veritas, et vita, ut hanc vitemus, de qua conqneri-
 tur, et ut possimus dicere נִפְּשֵׁי יַעֲקֹב בְּיָנֵי
 נִרְבַּעַגְלֵי צֶדֶק לִי עַן שָׁמַיָּא. Id est, Animam
 meam refecit, deduxit me super semitas iustitiae, prop-
 ter nomē suū. Moriatur nobis hoc saeculū, et moria-
 tur carnis istius sapientia, quae inimica est deo. et
 subijciamus animā nostrā soli christo dicētes, הֲלֵי
 הֵימ דִּזְמֵנֵי נִפְּשֵׁי כִי כִי נִפְּשֵׁי נִרְבַּעַגְלֵי. Nonne deo
 subiecta est anima mea, ab ipso enim salutare meū.
 Nec deficiamus media in hac vita, qui enim per-
 severaverit usq; in finē (dicit scriptura) hic saluus
 erit. Nec leniter, et absq; labore tanta obtineri posse
 credēdū,

credendum est, Tu namq; vides quod lenium Metallorum fructus in summo est, illa vero opulentissima sunt, quorum in alto latet vena, et assidue plenius responsura fodienti, ita et illa quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfusoria voluptate, et quodcumq; inuentiu bonum est, fundamento caret, Hoc autem de quo loquor, solidum est, et quod plus pateat introversus, et ideo magnis laboribus obtinetur, ut pote quod unum est, nusquam potest reddere fauces, et ob hoc disijcienda et concutanda sunt ista alia, quae extrinsecus splendent, quaeq; nobis promittuntur ab alijs. Nam verum bonum est de nostro, et nosmet debemus labore assiduo et indefesso ad illud omnino anhelare. Omnes autem dantes nobilitati labores continendo fiunt tolerabiles (inquit Cicero). Quam obrem semper Africanus Socraticum de enopionte in manibus habebat, cuius in primis illud laudabat, quod diceret, eosdem labores non esse neque graues Imperatori, et militi, eo quod ipse honorem laborem leniorem faceret imperatorium. Milites nos sumus (dum in hac vita degimus) Si vitijs et cupiditatibus cedimus (ut illi Imperatoribus suis) coacti sequemur quod iubemur, nec honorem promerebimur,

Et sine honore labor nobis videbitur durus. Imperatores
 vero erimus, si nobis amplitudinē animi propasueri-
 mus, et quasi quādam exaggerationē, quā altissimam,
 unā esse omnium pulcherrimā certissime credemus, eoque
 pulchriorem, si vacet populo, quaeque nec plausū capiet,
 sed setatū ipsa delectet, sine meditatione, ac sine teste
 populo, sed in theatro conscientiae, quo nullū mains est.
 Tunc velut Imperatores imperatorio honore fruemur,
 atque triumphabimus, omnesque labores intransacta vitio-
 rum, ac voluptatū pugna, viles omnino esse indicabi-
 mus. Veluti Decios, quos fulgentes gladios hostium,
 scribit (Linius) vidisse, cū in aciem eorū irruissent,
 illisque lenasse omnē vulnerum dolorem, nobilitate
 et gloriam. Atque Epaminondā illū, cū una cū san-
 guine vitā effluere sentiret, nō ingemuisse, quin
 libenter mortem sustinuisse, quod imperatē patriā,
 Lacedaemonijs relinquebat, quā acceperat seruiente.
 Atque hic honor, illi erat solatiū, ac summorum laborū
 fomentū. Nos vero quae credis expectant solatia, si
 fortiter, et constanter laborabimus? quae rursus su-
 morū laborū fomenta habemus interim diū laboramus?
 nempe inmensa. Professio namque, quam admonemus, est,
 querere

querere Deū: Jacob, nō comūni aliorū morē, sed querere
faciem Dei, (vt dicit Bernardus) quā vidit Jacob, qui
dixit, Vidi dominū facie ad faciem, et salua facta
est anima mea. Hoc nostrū laborū vide an suffici-
ens sit solatiū? Fomenta vero, quæ habemus, hæc sūt.
Ex sacrarū scripturarū fontibus aurire aquas Saluato-
ris (Iuxta Esaiam) de cuius ventre fluūt aquæ viuæ,
et qui ex illa aqua bibit, nō sitit in æternū. Vbi inue-
niemus illos duodecim fontes, ex quibus saturati sūt
filij israel, idest Prophetarū, et Apostolorū dogmata,
vbi et septuaginta palmas, hoc est Martyrū et discipu-
lorū confessiones intrepidat. Ibi quoq; verā vulnerū
medicina. De petra enim melle saturavit eos, Ibi
Tandem dolorū certa remedia, in quibus recipit vnicū
filiū mater in feretro, et Turba dicitur circūstanti,
Non mortua est puella, sed dormit: et quatrīduarū
mortuus ad vocem clamātis domini ligatus egredi-
tur, vbi quoq; inueniemus Præcepta domini dulciora
super mel et fanū, In quibus custodiendis retributio
multa. Retributio scilicet, promissa Petro ex ore ve-
ritatis, cū omnia diceret se reliquisse, et secutū eū esse
idest vita aterna. Ut videas Flammia, quā mirā mu-

tractio sit, pro rebus vilibus et momentaneis vita et spatio
 obnoxia, vitam adipisci aeternam. Et tu hasitas adhuc,
 nec mech exis extra castra, quando extra porta pas-
 sus est christus, ut ait Paulus) improprium eius por-
 tans, hoc est extra aula, et extra urbis et vulgi tur-
 multu! cu non habeamus hic civitate permanente,
 sed futura inquirere oporteat, Nec dicis laeta admo-
 dum, et tibi fidens, caeteris, qui in mundo navigat,
 quod idem Paulus. Nos stulte sumus propter Christum,
 vos autem prudentes propter mundu, nos infirmae,
 vos autem fortes, vos nobiles, nos ignobiles, usq; in hac
 hora, et esurimus et sitimus, et nuda sumus, et cola-
 phis caedimur, et instabiles sumus, et laboramus ope-
 rantes manibus nostris, maledicimur, et benedicimur,
 persecutione patimur, et sustinemus, blasphemamur,
 et obsecramus! et tanq; purgamenta huius mundi fac-
 ti sumus atq; omnium per ipsema usq; adhuc: Pro ni-
 hilo reputans omnes labores nobis oblatos, du vera
 et beata vita fruamur, (ut supra tractavimus) in qua
 cu fuerimus, si fractus illabatur orbis (ut ille ait)
 impanidum feriet ruina. Nec laboras in victo animo,
 ut ad talem statum pervenire tibi liceat, quando Deus

non,

non laudat Job ante tribulatione, et diaboli conflic-
 tum, sed post victoria de illis fortiter parta. Hec
 ad veram philosophia accedis! atq; illam amplecte-
 ris, Illam inquam de qua dicitur, O vitae dux, et vir-
 tutis indagatrix, et o expultrice vitioꝝ, quid non
 modo nos, sed omnino vita hominũ sine te esse po-
 tuisset! (Hec exclamas eũ Cicerone) ad te cõfugim⁹,
 atq; a te opem petimus, tibiq; nos penitus, totosq; tra-
 dimus, Memor ^{est} verbi illius Sapiientis! Si sapientia
 invocaueris, et inclinaueris cor tuũ prudentia, et
 si quaesieris eam, quasi pecunia, et sicut Thesau-
 ros effoderis illa, tũc intelliges timorẽ domini, ac
 scientia dei inuenies. Quia dominus dat Sapientia,
 et ex ore eius prudentia est et sciencia. Quasi im-
 buta eses tu Flaminiã, secure et intrepide posses
 decantare illud Socraticũ, Οὐ γὰρ δὴ ἐπιπροσδεῶν
 ποτὲ ἀμελείτω, ὅς αὖ προδουρήσῃ ἐθέλη δίκαιος γί-
 νεσθαι, καὶ ἐπιτηδύων ἀρετῆς εἰς ὄσον δυνάτωρ αὐ-
 θρώτω ὁμοιούσας θεῶ, id est, neq; a dijs negligi-
 tur, quicunq; conari voluerit iustus evadere, virtut-
 tisq; officijs, quoad hominĩ licet, deo similis fieri.
 Quam similitudinẽ, est profecto durissimũ cõcilia

re, & ideo laborandū maxime, ac desudandū nobis est, ex
 homine inquam nato nudo, & in nuda humo, (vt di-
 cit Plinius) quem natali die abiicit natura ad vagitū
 statim, & ploratus, quēq; ab hoc lucis rudimēto, quā
 ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt,
 & omnium membrorum nexu, ex hoc feliciter nato, iacē-
 te manibus pedibusq; deuinctis, flenti animali, et a
 supplicij vitā auspiciati, similem fieri deo! cuius nu-
 tu calū terraq; volūntur, & creata sūt ac mouētur,
 & sustentantur, cuius et mirabilia sunt opera, et ins-
 crutabilia consilia, ac profunda iudicia. Nec ad hu-
 iusmodi similitudinē peruenitur, seu accedere quis
 potest, per latā viā gradiendo, nā quia ducit ad mor-
 tem, ob hoc lata est, et multi sunt, qui intrāt per eā,
 videlicet omnes cupiditātū ac deliciarū sectatores. quo-
 rum agminibus stipamur, & comites illos habemus q̄s
 plurimos, quandiu in aula, seu vrbe immoramur. Cū
 autē ab omnibus vitijs secedimus, & omni cupiditate
 calcata, solis studemus esse virtutibus diuites, per an-
 gustam viam, quā ducit ad vitam, quoniam pau-
 corū est, hinc gradiemur, in qua est pervarū atq; dif-
 ficile idoneos itineris comites reperire, & Hinc igitur
 est,

est, quod, toties tibi comendavi hoc in nostro colloquio, vita
 solitaria, eo quod vita beata, idest virtutibus stipata,
 in qua similes deo efficiamur, solitaria sit, cum pauci sint
 qui illam incolant. Nec credas, me omnibus istis, quae
 recensui, iniunxisse, ut sola vivas. (Sola namque haec quam
 quam decet vitam agere feminam) sed ut vitam istam, quam
 soli boni vivunt vivas, et a multorum turba numeroque
 discedas, paucosque tuae vitae testes adhibeas, quando pau-
 cos, qui, huius vitae oculati sint testes, reperies: quos se-
 per ante oculos, habere te cupio, ut sic tamquam illis spec-
 tantibus vivas, et omnia tamquam illis videntibus, facias
 (ut inquit Seneca). Atque ut ille suo Lucillo autor erat,
 ut eligeret Catonem vitae suae Testem, et si hic videre-
 tur nimis rigidus, eligeret remissioris animi, Virum
 Lelium, ego te vellem Hieronymum deligere, et si durus
 iste vitae morumque austeritate, videbitur, Augustinum ob
 oculos ut poneret, atque alios, quorum tibi placuerit vita
 et oratio, et ipsorum animos ac mores ob oculos habens,
 et vultus illos semper tibi ostenderes, vel custodes vel
 exempla, quandoquidem, (ut dixi) opus est aliquorum, ad
 quorum mores nostri se erigant, quod nisi ad regula
 praeva, non corrigi possunt. In his ducibus vel comiti-

bus secedas, quadraginta dierum iter, (hoc est totum vitam
tua cursum) in fortitudine cibi huius, peragras, usque ad
montem dei Oreb, et ut cibus tuus sit Sermo dei, qui
efficax est, et omni gladio ancipiti penetrabilior, ac
vius, usque ad divisionem animae et corporis penetras,
quo si uisceris, dividetur anima tua a corpore, et non
reluctaberis discedere ab aula, seu urbis conuictu,
(ut mihi facis). Nemo est enim (teste Augustino) cuius
corruptibile corpus non aggrauet, sed nitendum est, ut
interior homo, qui semper sibi sentit resisti, se per
de diuino auxilio expectet adiuuari se ipsum, optas
mens et mente et animo, ut adiuuetur in tempo-
re, quod est dividere animam a corpore, Remedia
vero reuersionis ad deum nullis cunctationibus diffe-
ras, ne Tempus correctionis pereat tarditate, qui
enim paenitenti promittit indulgentiam, dissimulati
die crastinum non spondit, quare etiam vellem ut ex-
pedite, viam facias, accincta subos tuos (ut iubet do-
minus) et lucernis ardentibus in manibus tuis, et tu
similis expectantibus dominum suum, quando reuertatur
a nuptijs, ut cum venerit, et pulsauerit, confestim
aperias ei, Nec tergiverseris, circumspicies quanta feras
tecum

Tecum, et quae magna impedimenta, impediatur tibi otium animi, nam nunquam exitum inuenies. Nemo enim est, qui cum sarcinis enatet, (ut inquit Seneca) Emerge ergo Flaminia ad meliorem vitam obsecro, emerge propitio Deo, et expelle onus omne ab humeris tuis, solum christi iugum ferens, quod leue est, et suauem amantem, hoc autem repente antequam vitia in immensum flumen excrescant, ut contrahere nemo valeat, vix namque effici toto saeculo potest, ut vitia, longa licentia tumida, subigantur, et iugum accipiant, ne dum, si tam breue tempus per interualla scindamus, et vix vnaquamlibet rem ad perfectum adducit assidua vigilia, et intentio nedum multas. Ideo oportet ut incipiamus illico ista extirpare, ne Tempus nos intercipiat ab incepto. Soluamus quoque calceamenta malitiae, si enim deus inssit Moysi ut solueret, quod locus in quo staret, terra sancta esset, nihilominus nos collocaturae cum deo, super virtutum motem, morticinum mortuarum affectionum, vel hominem mortuum a corde debemus exnere, et nos ab illo soluere. Huiusmodi calceos non patitur terra sancta, et locus sanctus: scilicet locus, in quo exercetur vita solitaria, hoc est in qua dominus et seruus eius sae-

pe colloquuntur, sicut vir ad proximū suū, et in qua crebro fidelis anima verbo dei coniūgitur, ac Sponsa Sponso sociatur, atq; terrenis Cælestia, et humanis, divina ununtur. Quæ illū, qui nō est filius, tāquā abortiuū cito a se projicit, et enomit tāquā inutile ac noxiū cibū, Nec diu talem pati potest in visceribus suis, sed fugere eum facit miserū nudū et tremebundū, sicut Cain a facie Domini, expositū vitij et demonijs. Qui vero filius est, sedet quietus et firmus in illa ac inuenit fontē viū, ad quē sitiebat Propheta anima, cū dicebat. Quando veniā, et apparebo ante faciem dei? Nec ibi signo indiget anima, vt Cain, nemo enim interficiat illū, habitat nāq; in locis abditis, et in cauerna maceræ, atq; in foramine petreæ, donec pertrāseat iniquitas, et Ideo a nullo viro sāguinū inuenitur, nec interficietur. Abscondit nāq; ibi illum Dominus in abscondito faciei suæ, a contradictionibus populi, et sub umbra alarū suarū, sub qua umbra vt nos abscondat, oportet vt desideremus abscondi, et dicamus cū Sponsa. Sub umbra illius quē desiderabam sedi, Atq; vt nō simus pigre, Pigritia enim immitit soporem. et pigrítiam soporem immitere inquit

Sapiens,

Sapiens, quia paulisper etiam recte sentiendi vigilan-
tia amittitur, dū à bene operandi studio cessatur, vbi
recte subiungitur Etamina dissoluta esuriet, nā mēs, quia
se ad superiora stringendo, non dirigit, neglecta se infe-
rius per desideria expandit, et dū studiorū sublimium
vigore nō constringitur, (teste Gregorio) cupiditatis
infimæ fame sauciatur, ut quo se per disciplinam
ligare dissimulat, eo se esuriens per voluptatū deside-
ria spargat. Nec rursus tardæ simus in profisciscen-
do. de quo se Cleophas increpabat, postq̄ dominū au-
dierat, loquentem dicens, Nonne ardens erat cor nos-
trū in nobis, dū aperiret nobis scripturas, quin arde-
re curemus igne illo, qui semper feruet, et nūquam
extinguitur, ac semper ardet, et nūq̄ Tempescit. Do-
mini scilicet eloquio, nō igne voluptatū et concupis-
centiæ, qui adulterinus est, et nō de altari domini
sūptus, ac ideo dicitur alienus. Quem qui obtulerint
ante dominū extincti sunt, Quī hūc caueamus, ne
perferamus sortem Nadab et Abind, sed ab his im-
munes et separatæ, Domino offeramus incensū co-
positionis minutū, et queramus species Incensi, quib-
us dominus vult sacrificiū sibi parari, Libanū sci-

licet, et non qualemcumque Libanum, sed dilucidum, (ut scribit
 Cyrillus) hoc est animum purum, et Galbanum, cuius
 natura est, ut vehementia odoris sui serpentis noxi-
 os effuget, et Stactem, ut colata et defecata sint nos-
 tra^{tu} verba, tum opera, atque Onychen, quo velut sento
 quodam obtegatur animal suum, et illesum permanet.
 Ita et nos simus compositae, quo nihil inordinatum,
 ac nihil inquietum, et nihil indecens in nobis inue-
 niatur. Quae ut experiatur dominus, an nobis insint,
 tentat nos saepe numero, ut videat, an inueniat nos
 dignos se, expugnabit enim cum illo orbis terrarum contra
 insensatos, ut loquitur Sapientia, Videamus igitur
 ne insensati nomen subeamus, reuertentes viam et
 medicinae, quae nobis offertur, et ne in hac pugna
 Domini et orbis terrarum succubamus victis, et gema-
 mus in nouissimis, quando consupserimus carnes,
 et corpus nostrum, et dicamus, ut ait Solomon. Cur
 detestati sumus disciplinae, et increpationibus non ac-
 quiescit cor nostrum! Qui (ne hoc eueniat) nos sic ad-
 monet.

כִּי תִתֵּן לְאֶהֱרָיִם הַזֶּה וְשֵׁנוֹתֶיךָ.

1. Ne des alienis honorem tuum, et annos

tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus

tuis

Tuis, et labores tui in domo aliena sint. Domus enim ali-
 ena mundus est (quæ nō est nostra), quæ peregrini et
 advena sumus, et ideo velut iter facientes debemus
 non his, quæ per viam offendimus, delectari, sed tantum
 illis, quæ nos citius conducant ad patriam. Nec in alie-
 na domo nostras possessiones, hoc est animū, mentem,
 et sensus cū libertate dimittere, sed potius intacta
 hæc ad patriam nostram reportare, et cursim viam hæc
 transigere, ne ex adverso, Latro aliquis per viam, nos
 incantos intercipiat, et dormientibus nobis, sopore
 amoris vitæ humanæ, furetur, quæ asportamus.
 Si enim viam facimus lente (ut tu vis Flaminia)
 vix enademus, cū idem Augustinus cōqueratur de
 vitæ humanæ itinere hoc modo. Contendūt letitiæ
 meæ flendæ cū lætandis mæroribus, et ex qua par-
 te stet victoria, nescio. Hæc tentatio est vita huma-
 na super terram. De prosperitatibus huius sæculi,
 semel et iterū a timore adversitatis, et a corrupti-
 one lætitiæ, et vā adversitatibus sæculi semel et
 iterū, et tertio a desiderio prosperitatis. Quia autē
 ipsa adversitas dura est, et ne frangat tolerantiam,
 nūquid nō tentatio est vita humana super terram

sine vlllo interstitio! Quod si hic, de vita humana con-
 queritur hoc modo, nec audeat in illa immorari, quid
 nõ cõqueremur et nos, et fugiemus citato gressu, ne
 capiamur inter angustias! Tunc enim cum eodem
 Augustino clamabimus, da mihi te Deus meus, et
 redde te mihi, exiamo, et si parvũ est, amẽ validius,
 nõ possum enim metiri, vt sciam, quãtũ desit mi-
 hi amoris, ad id quod satis est, vt currat vita mea
 in amplexus tuos, nec auertatur, donec abscondatur
 in abscondito vultus tui, Atq; cũ ipso Deũ nõ ama-
 bimus? hoc affectu et desiderio, vt sui ipse sit mer-
 ces? Nã qui deũ ideo colit, vt aliud magis, q̃ ipsũ,
 promereatur, nõ deũ colit, sed illud quod assequi co-
 cupiscit, et si deũ nõ colit, requiem nõ inueniet, de
 qua obtinenda Tantũ sumus hodiã collocutẽ, Cũ
 requies recte intelligentibus ea sit, quã nullius in-
 diget bono, et ideo certa requies nobis in Deo est,
 quia beatificamur bono, quod ipse est, nõ ipse eo,
 quod nos sumus. Nemo enim nostrũ, de suo habet
 nisi peccatũ, et mendacium, si quid autẽ homo ha-
 bet veritatis atq; iustitiã, ab illo fonte est, quẽ debe-
 mus sitire in hac Exemo, et ex illo bibere toto cordis
 desiderio,

desiderio, ut illius aquae guttis irrorati ascendamus ad
 montis crepidinē. Nam aliorū est deo seruire, nostrū vel-
 lem ut esset ei adherere, aliorū est deum credere, nostrū
 vero scire et reuererē, atq; amare, et nostrū sapere, intel-
 ligere ac cognoscere, et frui, atq; cum Domini discipulis so-
 lum hoc bonū concupiscere, cuius transfigurationis gloria
 eū vidissent, qui cū eo in monte sancto erat, continuo
 Petrus in eo, quod abreptus sibi, quia visa dei maiesta-
 te commune bonū intra priuatū suū visus est conclusisse,
 in eo autē praesentissimus, et scientissimus, quia sua-
 uitate eius gustata, optimū sibi indicauit in hoc se per-
 esse, vitam hanc concupiuit, ⁱⁿ contubernio dei, et civium,
 superanorum, quos eū viderat, dicens, domine bonū
 est nos hic esse, Merito sane. Quid enim nō concupisceret
 cū illo esse, quem verba vitae aeternae habere ipsemet
 alias fassus fuerat? et illius modi conuersatione ple-
 nus dixerat, Domine ad quem ibimus? Nouerat enī
 quod qui sermonibus domini fruuntur, preciosis illis
 unguentis, quae in canticis sponsa memorat, et fortia-
 re cibo verbi, velut pane, et suauiore sermone, velut
 melle, curantur illoꝝ quaedam vulnera delictorū, iux-
 ta Ambrosium. quē cibū dulciū utriūq; sermonū epu-

landum Sponsus proximis suis dat. Atq; eo pascebatur Petrus, et ideo dicebat, Ad quem ibimus, Verba vitae aeternae habens, Hoc quoq; si volumus, pascemur et nos, si disruptis hisce mundi retinaculis, quibus veluti compedibus arcemur, Sponsi hortos ingredi curauerimus, eiusdem Sponsi amore languentes, hortos in quibus illos Platonicos, quos, hortum Jovis alibi, ^{aut} hortum mentis inveniunt, (Jovem mentem, et Deum Totius orbis esse dicens) credentes solam felicitatem esse ac beatitudinem, illum amare, et ab illo amari. Et hoc Sponso in horto mentis inuento, dixerimus illi, qui sedes in Hortis, voce tua insinua mihi, et postea, fuge frater mi, quasi illum hortantes ad fugam, quia munita contra cupiditates omnes, Jam sequi illum possumus Terrena fugiente (ut ait idem Ambrosius) et ut similis sit Da mulca, quae enadit de retibus, veluti ipsae fugere cum illo velimus, et evolare supra mundum. Tunc etiam non clamabimus mentis affectu, De necessitatibus meis erue me, Tunc enim finiuntur necessitates istae, quando vincuntur illae cupiditates, Nam mundi bona (teste Augustino) ne putentur mala, dantur et bonis, ne vero putentur magna, vel summa bona, dantur et malis, Itemq;

anferuntur hæc et bonis, ut probentur, et malis, ut crucientur. Firmitudo videlicet huius mortalis corporis, et membrorum corruptibiliu virtus, ac victoria de hominibus inimicis, et honor atq; potentia temporalis, et cætera istius mundi bona terrena, et bonis dantur et malis, et bonis auferuntur et malis, Salus vero animæ cum immortalitate corporis, virtusq; iustitiæ, et victoria de cupiditatibus inimicis, et gloria, et honor, et pax in æternu non dantur nisi bonis. Nam et isti soli possunt dici non esse in necessitatibus, qui ista possident, illi vero inopes, et pauperes, qui illis implicantur. Atq; ideo non est cur isti, de quibus agimus, exclamet. De necessitatibus meis erue me, habent namq; eum, eoque fruuntur, qui solus potest dicere, Dabo illis solatiu veru, pacem super pacem, O Flaminia quæ desiderabilis pax ista est, quæq; felix ille, cui pax ista promittitur. quam rursus senes omnes labores videbuntur huiusmodi pacem expectantibus! quæq; discendum nobis esset quibus hæc pax obtinetur, et quando omnium iudicio nulla alia ratione facilius coquiritur, qm amore, quo condiuntur, et efficiuntur omnia, qm ferventi amore nos munire deceret! Nam deum ama-

remus, vitæ nostræ beatæ aut honorare et ducere, quantum credis nobis alia omnia vilescerent? Qualiter etiâ, hinc sine modo amando (quando ipse modus ibi est sine modo amare) tota mente totoque desiderio erucltaremus hoc verbû; O Israel magna est domus domini, et ingens locus possessionis eius, et iterum, quam dilecta Tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, et deficit in ea anima mea. Discamus (obsecro) discamus Flaminia, deum amare, et cum nouerimus, facilis et plana via hæc (de qua hodie locutæ sumus) tibi videbitur, et ad iter faciendû, apta, ac suavis. Disce amare dulciter (ut inquit Bernardus) amare prudenter, et amare fortiter, dulciter, ne illecta, prudenter, ne decepta, fortiter, ne oppressa ab amore domini auertaris, et ne mundi gloria abducaris, dulcescat tibi veritas christus, ut sit Zelus tuus feruidus, et sit amor circûspectus, ac sit inuictus, qui nec Teporem habeat, nec careat discretionè, nec rursus Timidus sit. Ille Zelus semper accensus, qui veritatè ubiq; Zelet, et sapientiæ ferueat Studijs, Cui amica sit sanctitas vitæ et morû disciplina, et cuius mores eruclt bescat

bescāt iactantiam, et abhorreant detractiōne, ac invidiam nesciant, superbiamq; detestentur, et omnē humanā gloriam non solum fugiant, sed et fastidiant, et contemnāt, atq; omnē in se carnis, et cordis impunitatē vehementissime abominentur, et persequantur. Tunc enim hoc amore accensa, et rapta, dices cū Psalmista אֱלֹהֵי אֶזְכְּרָה וְאֶשְׁפַּכֶּה עָלַי נַפְשִׁי כִּי אֶעֱכֹר בַּפֶּן אֲדִדְם עַד כִּי תֵּ אֱלֹהִים הַפְּקֹל רִי וְתוֹד הַמִּזְוָה וְגַג. Hac recordatus sum, et effudi in me animam meam, quoniam transibo in locū tabernaculi admirabilis, usq; ad domū dei, in voce exultationis et cōfessionis, sonus epulantis. In quo Tabernaculo, passer inuenit sibi domū, et Turtur nidū, vbi reponat pullos suos. Passer in quā, naturaliter animal lenē et garrulum, (vt scribit Bernardus) et Turtur, o pacē solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis et castitatis exemplum, Ille sibi inuenit in hoc tabernaculo dei domū quietis, et securitatis, illa vero nidū vbi reponat pullos, quā sunt, Iuuenū naturaliter feruidus animus, et ætas labilis, et curiositas inquieta, atq; virilis maturitas, et serius animus,

castus et sobrius. quorum alterum in tabernaculis domini
 virtutum, in disciplina scilicet eremi, nostris (quam tanto-
 pere laudamus) ut ad illam vestis secedere, si inuenit
 sibi ab omnibus vitis quietem, et firmamentum Stabi-
 litatis ac mansionem securitatis. Alterum vero in se-
 creto vitae solitariae, secretiorem recessum conscientiae,
 ubi reponat et nutriat sanctae affectionum suarum fruc-
 tus, et spiritualis sensus contemplatione. Nec deest
 locus in Tabernaculo passeribus, sicut non trepidemus
 conscientiae nostrae metu, et transactae vitae pudore,
 ad hoc Tabernaculum ire, quoniam a domino taberna-
 culi dicitur, Nolite timere pusillus grex, quia
 complacuit patri vestro dare vobis regnum, sed in-
 terim attendamus quid infingat, Vendite quae pos-
 sidetis, et date eleemosynas. Jubet enim dare elee-
 mosynas, ut his extinguantur transacti temporis
 comissa, vendere autem quae possidemus, ut liberi
 et expediti mundum relinquamus, et vitam solitariae
 hoc est perfectam, (quam soli boni incolunt) sequa-
 mur, Homines scilicet, (quibus datum est), in spelun-
 cis et montibus, nos vero, (quibus vel propter sexus
 fragilitatem, vel patriae mores non licet), in locis
 sanctis

sanctis, inq; sanctarū Virgīnū conuentibus, deniq;
ubi cū presenti vita minus habeamus comercij, &
ubi sit nihil humanū, nec secularis Tristitia, nec do-
lor, nec cura tanta, nec inuidia, aut Zelotypia, nec
tandem obscāni mores, a quibus absūt, qui in salti-
bus vel montibus, seu locis istis (quā dicimus) cōuer-
santur, Quin potius illa quā sunt æterni regni, iā
meditantur quietē solitudinis: eo quod sit illis
domūcula ab omni quidem mūda tumultu, et ab
omni vitio ac morbo libera anima, subtilis et le-
uis, & aere subtilissimo longe purior, In qua, cū
fiducia, veluti Adā ille primus, ante lapsum,
Cum deo colloquūtur, & de vniuerso philosophā-
tur intrepide, tamē inuisibilibus, et intelligibili-
bus, quā de vitā presentis utilitate, deq; futuro-
rum beatitudine, Et melle admirabili pascūtur
eloquiorū dei, multo suauiore q̄ quo olim per de-
sertū Joānes vescebatur, Illhic nāq; nō est Prin-
cipū metus, nec dominorū insolentia (vt inquit
Ambrosius) aut seruorū timor, nec superflua ves-
tium repositio, nec vrsus aurū aut argentū, nec
custodia aut celsarium, sed omnia oratione sunt

plena, et hymnis omnia, atque omnia spiritualiter
 fragrantia, Ibi dominus videtur in nube candida
 veste indutus, sicut nix, et facie rutilas sicut sol
 Justitiae, (qui idem ipse est) illuc non latronum time-
 tur insidia, nec enim habent quo spoliarentur, quia
 pecuniae non adsunt, Corpus et anima est quodcumque
 ibi est, quibus si priuentur, iacturam non faciet,
 sed lucrum, dicentes cum Paulo, Mihi vivere Chris-
 tus est, et, mori lucrum. Quia regionem illam incolit,
 quae sola a Plutarcho dici deberetur, inueniri, quae
 feris ac noxijs bellijs careat, potius quam Creta. Inimi-
 citia namque et amulatione ista caret, quae fortiores belluae
 sunt, atque veneno vberiores quam omnia monstra alia.
 Praesertim cum nullam adhuc repertam rempublicam
 esse, idem affirmet, quae non abierit intra se atrocissi-
 mas has belluas, ut nos videmus in omnibus, praeter
 hanc de qua loquimur. Cumque, hic coloni amicos solos
 illos habeant, qui in eo sunt amici, qui tantum di-
 ligit nos, ut filium suum traderet pro nobis, non autem
 illos, qui ex similitudine et turpium morum similitu-
 dine conciliantur in aula, Propter quos, Chilo, ille
 sapiens respondit cuidam dicenti sibi, nullum esse

Sibi inimicū, nullū etiam se habere amicū. Tandem cū in hac vitæ conditione agatur nihil, cuius causa conqueretur. Plinius (si viveret) de fragilitate humana ac malitia, qui ait. Nulli vitā fragiliorem quā homini esse, nulliq; verū omnium libidinem maiorem, et nulli pauorem cōfusiorē, ac rabiem acriorem, Cætera animantia in suo genere probe degere, ac congregari, et stare contra dissimilia, at homini plurima ex homine fieri mala, Itaq; in cælesti illa Republica pax super pacē est, (vt superius diximus) est tranquillitas super tranquillitatem, atq; quies super quietē, sunt et omnium aeterna gaudia, et stantiū dierū perpetuitas infinita, quæ quidem nec variabitur, nec labetur, quia incommutabili pace potuntur qui in ea sūt. Quorū erit omnium bonū, etiā quæ fiūt singulorū, et ideo ab homine nullū homini fiet malū.

FLAMINIA, Moris est inter disceptantes Blesilla, quannis alter illoꝝ victus videatur succumbere, nō fateri alterius victoriā (quoad potest) quin denno, si qua ex parte, valet, pugnam inire seu Instaurare, quod sæpe numero victores, a victis

contingat vinci Vt Poeta Silius de Caesarianis
 inquit, Propiusq; fuere periclo, quis superare da-
 tum. Non tamē hac dixerim, quod victuram te
 sperem, in approbanda nostra hac vitæ conditio-
 nē, et vituperanda ista, quātū laudas, et sequere-
 vis: (hoc enim et iniquum esset, et perq; difficile,)
 sed in damnāda aliquantulū hac fuga sæculi,
 eo quod admones, vt sit citata ac repentina. Ex
 Bernardo enim vno audio, Impossibile esse homi-
 nem fideliter figere in vno animū suū, qui pri-
 us nō alicui loco persenerāter affixerit corpus su-
 um, et illū qui aegritudinē animi, migrando de loco
 ad locū effugere nititur, sic esse, sicut qui fugit
 umbram corporis sui, qui se ipsū fugit, et seipsum
 circumfert, eundem tamē se ubiq; inuenit, nisi
 quod deteriozem facit ipsa mobilitas, sicut sedere
 solet agrum, qui circumferēdo concutitur. Cōperio
 utiq; in quacūvis re, nomē inconstantia vehemē-
 ter ledere, vnde patet oportere nos in vna vitæ
 conditionē, (vt toties dixi) fixos esse, et constantes, nō
 ex aha in aliam (vt tu hortaris) temere et incōsi-
 derate transcurrere. Ne saltem obijciat nobis

Comicus

Comicus, versutior es, quā rota figularis. Atque etiā
 ex Augustino memini in hanc sententiā Piam et
 bonā actionē in hac vita esse deū colere, et eius gra-
 tia contra vitia interna et externa pugnare, ac pro-
 ximos diligere, et pro illis vitam ac rem (si sit opus)
 effundere, nec cogitationibus pessimis cedere, et ubi
 ceditur, indulgentiā, atque ut nō cedatur, adiutorium
 Dei affectu religiosae pietatis exposcere. Nam in para-
 diso, si nemo peccasset, et nō esset actio pietatis ex-
 pugnare vitia, quia felicitatis esset māsiō vitia nō
 habere. Audio etiam quod custodit nos dominus ab
 omni malo, nō ut nihil patiamur aduersi, sed ut
 inter ipsas aduersitates, et tempestatū fluctus, ani-
 ma a quoquā nō laedatur, cum enim tentatio adest,
 fit quidam in id, quod nos impugnat, introitus, et
 sicut bono fine, idest, sine vulnere, animae tentatio
 consumatur, ita ad aeternā requiem de profundo
 temporalis laboris exitur. Fidelis namque Deus (jux-
 ta Apostolum) qui nō permittit nos tentari ultra
 id quod possumus. Experta sū etiam, quā saepis-
 sime inter hasce angustias nos corrigi melius, et
 ambulare securius, et nosmet cognoscere clarius

quā in secessibus: ABRAHAM enim cū esset in
 ter chananēos, dicebat, Ego vero sū terra et cinis,
 David quoq; in media aula fatebatur, Ego ante
 vermis sum, et nō homo, Apostolus quoq; in medio
 orbe terrarū, Nō sum dignus vocari Apostolus.
 Video quoq; ex multorū lapsu, et multorū inspe-
 rato fine, quē oculis cernimus, quod saepe intel-
 ligimus illud esse verū, Homine scilicet vani-
 tati similem factū esse, et dies eius sicut umbra
 praeterire. Video etiam quod veluti voluptas, tes-
 te Comico, est malorū esca, quod ea nō minus ho-
 mines, q̄ hamo capiuntur pisces, Ita et immacu-
 lata quorūdam vita et virtus ipsa nos ad sui
 admirationē trahit, atq; imitationē. Porro mores
 nostros componi et dirigi istorū exemplo, atq; aliorū
 casu constat, Nec abnego in vitā publicā conditio-
 ne mala inesse, sed igne probari aurū, ante di-
 cis, et bonū animū in mala re dimidiū esse mali.
 Si ergo bonū sortimur animū, franguntur malorū vi-
 res et robur vel penitus, vel ex parte amittunt, Nō
 posse autem malis resistere, imbecillitas aperta est.
 Miseria autē in rebus humanis inesse nō inficior,
 sed,

Sed nihil est miserius, iuxta Comicū, q̄ animus ho-
minis conscius. Unde qui bene vivit, pure, caste,
ac prudenter, et caute, inter medios malorum et iniqui-
tatis laqueos securus vivet. Ad quid ergo fugiet,
vel ad quid secedet repentinus? sed perpensa sa-
tis ac considerata longo tempore humana fragili-
tate, et matura aetate, ac maturo consilio seu indi-
cio consideras, quid sit quod sequi vult, quid rursus
quod vitare statuat, tunc melius vitam mutabit
et mores:~

BLESILLA, Nunc demum verum esse expe-
rior, quod Fabius inquit, Nihil esse tam occupa-
tum, ac tam multiforme, et tot tamque varij affectibus
coccisum, quam mala mens. Nam et cum insidiatur,
spe, curis ac labore distringitur, et jam cum sceleris
compos fuerit, sollicitudine, et paenitentia, poenarum
omnium expectatione torquetur, nec inter haec villo
bono consilio aut disciplinae locus in illa est ma-
gis, q̄ frugibus in terra sentibus ac rubis occupa-
ta. Ex quo huc convenimus Flaminia toto nixu
totisque nervis amore duce (quo erga te ardeo) molli-
ebar caliginosam mentis tuae nebula tam exemplis,

qua Inclytorum virorum sententijs, extenuare, qua
 sublata Solis illius, qui nescit occasum, radijs il-
 lustrata, posses vitae humanae sortem clarius dig-
 noscere, et cognita despiceré, ac beatè et tràquil-
 lae vitae statum adipisci, adeptoque frui. Tu vero, nunc
 denuo a raneae more, alia alijs subnectis igno-
 rantiae fila, et oblita illius elogij, quis est homo,
 qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Te denno
 vitae huius concupiscentijs, veluti Labyrintho in-
 voluis, adeo, ut tibi conveniat pergratum illud Dio-
 genis verbum ad Juvenem quaedam in propina inspec-
 tum, introque fugientem. Quo interius fugeris, eo eris
 magis in Propina, Tu ^{itaque} cognoscis viam, quam tibi mos-
 tro, feliciorè et securiorem esse ista altera, quatu
 pergis, et negas, tantoque te abdis penitus et reclin-
 dis vitijs et culpa. Tibi tu habeto, Jam de his
 non agere plus, stat sententia, Credes quod dixi,
 ubi cum tuo damno experta fueris; Atque isthinc
 tunc exire curabis, cum exitus nihil proderit, Tibi
 enim ignorantibus quod, quantum interest inter sple-
 dorem et lucem (cum haec certa originem habeat,
 ac suam, ille niteat alieno) tantum inter haec
 vitam

vita est istam, Quid referam! Nemo tam timidus
 est, ut malit semper pendere, quam semel cadere
 (ut scribit Seneca) Tu vero potius in vitijs sorde-
 re vis, quam semel in beatam vitam migrare, dum-
 modo ab his tuis cupiditatibus non obstraharis! Quid
 ergo verbis te obtundam? Est praeterea aliquid,
 etiam si non repugnes, subsistere, nec instare fortu-
 nae ferenti, tu vero a fortuna non iam traheris, sed
 duceris spontanea. Quid dicam? Censebam ego, aut
 ex vita ista tibi, aut e vita penitus excundum, ne
 contaminareris hoc saeculo, non leni ^{itinere} via sed citato,
 ut quod male implicuisti abrumperes, potiusque sol-
 ueres! Tu vis leni et lento, ac tardo, ut interdum
 inclinetur dies, et medio in itinere advesperascat
 tibi! Nec possis, ad viae finem pervenire, sed in te-
 nebris et in inuiso incidas in latrones, qui bonum
 propositum tuum dissanient, et mentem sensatam vulne-
 rent, ac fortitudinem animi tui corrumpant, et percutiant
 ante te ac vulnerent, et auferant Theristrum pudicitiae,
 et nudam in sanguine te (ut ille ait) derelinquant.
 Postea vero extinctis Lampadibus, sine oleo, pul-
 ses ad ostium Sponsi intempesta nocte, ille vero

respondeat, Nescio te. Quid igitur ad me! Finis cu-
 rarum, perfectio desideriorum est, (inquit Augustinus)
 et in id quisque tendit, ac nititur, ut ad illud per-
 veniat, quo delectatur. In delectationis huiusce igna-
 nibus rebus, ac ista favoris aura, hoc quoque dignita-
 tis fumo. In istis curarum curarum finis est, non potes
 de alijs bene sentire, nec indicare, quod illa vero
 gaudia non amas, nec curarum curarum finem in illis
 constituis, Ego vero contra. Cum quanta vim ha-
 beat Libra illa Critolai, semper ob oculos versem,
 qui cum in alteram lancem, animi bona imponat,
 in alteram vero corporis et externa, tantum propende-
 re illam boni lancem computat, ut terra et
 maria deprimat, omnia mihi vilescent, et omnia
 vana, et vanitate plena esse video ac sentio, et
 experta sum. Et ideo cum Psalmographo inces-
 santer dico, אֲהָתָה שְׂאֵלְתִי כִּי אֵת יְהוָה
 אֲזַתְהָ אֶכְכֶּשׁ שׁוּבְתִי בְּבַיִת יְהוָה כִּי
 יִכִּי הִיִּלְהָה זֹת בְּנַעַם יְהוָה וְלִבִּי קָרָה
 וְהִיכַלִּי וְהִיכַלִּי וְהִיכַלִּי וְהִיכַלִּי וְהִיכַלִּי וְהִיכַלִּי
 Vnam petij a domino, et hanc re-
 quiram, ut inhabitem in domo domini omnibus
 diebus Vitae meae, ut videam voluntatem domini,
 et visum

Et visitate Templum eius. Quonia abscondit me in taber-
 naculo suo in die malorum, protexit me, in abscon-
 dito Tabernaculi sui, Nec mihi memoria unquam
 excidet illud aliud. Et nunc astabo tibi, et videbo,
 quonia non deus volens iniquitatem in eis, nec ha-
 bitabit iuxta te malignus, nec permanent in
 iusti ante oculos tuos. Quia quod in me est, do ope-
 ram, ut in huius vite cultu, cuius hodie comenda-
 tionem tam sibi adorta tutari, deprehendi, et constantis-
 sime copermanere, et propria consuetudinis exemplo
 Specimen exhibere, ^{possim} Ne dicta factis dissimilia tur-
 pins erubescant. Ut ait Tertullianus, Tu vero utra-
 libet sectare, cum vitij et concupiscentijs pugna,
 quando plena pax non tibi aridet, Pugna redi-
 co eo quod illa, quae resistunt periculo, debellatur
 pugio, et illa quae vita sunt, non dum secura trin-
 phantur otio, sed adhuc sollicito premuntur impe-
 rio, Igitur inter hos conflictus ambula, et inter
 hanc incertam vincendi aut cedendi sortem, secur-
 ra dormi, Postea tamen erigilabis, et resipisces,
 et utinam sit antequam aliqua vis maior interve-
 niat, quae auferat libertatem recedendi ab hac

voragine. Unum Tamē non tacebo, quod me vehementer
nūc deterret ab ista tua vita aulica, & publica, quod
in Ecclesiastico scriptum reliquit Solomon Sapientis-
simus, & humanarū rerū expertissimus. Qui amat
periculū, in illo peribit. quod si hoc etiam negligas,
mibi ipsa canam. Sed Jam cesset nostra disceptatio,
Judices internos sint, veritas & ratio, qui utriq; nostrū
digna ni fallor opinionis suae, premia reddent, in tē-
pore. Jamq; cubitū concedamus, nā suadent cadētia
Sydera somno, Sumusq; (ni fallor) terti-
am vigiliam ingressa, adeo oblong-
gus confabulationis campus
se se nobis aperuit.

• FINIS •

Fin blanco


111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and color.

CONTRA

In blando.

[Faint, mostly illegible text in a classical or Latin script, possibly a liturgical or philosophical text. The text is arranged in several lines across the page, with some words appearing to be in a different script or dialect than the main text.]



SYNTRÆ

Descriptio Poetica, per
Loisã Sygeam.
Toletanam



Es locus, occiduas vbi Sol æstiuus ad oras
 Inclinat radios, nocte' premente' diem.
 Oceanuq; petit, curruq; inuectus eburno,
 Iam cursu lassos æquore' tingit equos.
 Vallis ibi inclusa scopulis ad Sydera ductis,
 Deflectit clinos; murmurat intus aqua.
 Obijcit Oceano molem, ternæq; minantur
 Superne rupes tangere Tecta poli.
 Et nisi condensi cingant fastigia nimbi,
 His Cælum credas sistere' verticibus,
 Rupibus his Fauni, sunt hic quoq; lustra ferarū,
 Venator matres figat vbi, & catulos.
 Inferne' viridi densantur roboræ fronde,
 Syluano & Satyris efficit umbra domos.
 Populus hic, coryliq; decus, fagusq; pyrusq;,

excelsa

SYNTRAE

Et Cerasus, Prunus, Castaneæq; nuces,
 Et plantæ innumeræ, mortalibus esca beatis,
 Quæ sunt diuorû munera, non hominum.
 Flava ceres dextra mortales voluerit terras,
 Et scerere, et meses condere sponte docet.
 Pan leua, Arctoum mundus qua surgit ad axem,
 Pascere dat passim gramine posse pecus.
 Citre à mala rubent, vallis qua tendit ad imum,
 Qualia fert rutilans hortulus Hesperidum.
 Et lauri frondes, victorum præmia quondam,
 Quæq; Poetarû texereserta solent,
 Et myrtus Veneri sacra crispatur in umbra.
 Cuncta placent fructu, floribus ac redolent.
 Hic Philomela canit, Turtur gemit, atq; Colûba.
 Nidificant Volucres quot quot ad astra volant.
 Sylua animum cantu resonat, florentia subtus
 Prata rosas pariunt, liliaq; et violas.
 Fragrantemq; Thymû, mentam quoq; pullegiûq;
 Narcisum, et neptam Basilicûq; diuinum,
 Atq; alios flores, ramos, herbasq; virentes
 Terra creat pinguis valibus ac nemore.
 Quis passim Dryades capiti cinxere corollas,

Et Fanni, et Nymphæ, Cornigeriq; dei.
 Ast ubi deuexam leni fluit vnda susurro,
 Per vallem umbrosam rupibus alta cadens,
 Stagna replet, pulchræ mersant ubi corpora Nymphæ,
 Aurora aut splendet, seu tegit umbra polum,
 Regia celsa lacu supereminet, unde comantem
 Prospiciat Syluam candida Virginitas,
 Hinc ego prospiciens, oculis dū singula lustrō,
 Naturæ admiras munera, delicias,
 Liquerat aurorâ Cephalus, vultuq; rubenti
 Illa aperit terras, pandit et illa polum.
 Emersit stagnis subito pulcherrima Nympha.
 Tunc, forma referens corpore, voce deam,
 Suspicit, alloquiturq; vltro me in arce sedentem
 Vocibus his, Saluè grata puella dijs.
 Pectore quid voluis Sygea, de Principe tanta
 Arcibus his posita noscere fata cupis?
 Tunc ego. Si superi firmarent numine quantum
 Exoptem; Dominâ tollere ad astra velim
 Tu, quæ Cesariem, vultuq; oculosq; Sinusq;
 Et certe incessu tu mihi tota dea es.
 Nympha loci custos: vitreo quæ gurgite Lymphas,

SYNTRAE

Concipis, et diuū ponderē fata potes.
 Tu mihi fatorum seriem, quæ Regia virgo
 Regna manent, resera, quine manent Thalami.
 Illa libens roseo, dum sic loquor, intonat ore,
 Quod virgo rogitas, accipe, nec dubita.
 Neptunus genitor nuper me ad alta Tonantis
 Atria deduxit, concelebrata dijs.
 Concedimus cuncti Ambrosia cum nectare pasti,
 Virginis et dulces fata leuant epulas.
 Digna petunt diui Regali in Principe dona,
 Imperio vt superet, quas superat meritis.
 Docta Minerva aderat, Musæq; inuentor Apollo,
 Calliopeq; primi, pignora grata Ioni.
 Quos coluit virgo, quorumq; exercuit artes,
 Hicq; vicem referūt, prospera cuncta petūt.
 Iuppiter his ridens vultu, quo Sydera lustrat,
 Respondit diuis, qui petiere simul,
 Gaudete o Superi, perstant immota potentis
 Principis Augustæ, maxima fata vobis,
 Nec, licet aspiciat quasdã nũc carpere regna,
 Desperet, capient mox sua fata locum.
 Non nisi per magnos vincuntur magna labores,

Nec Tulit ignavos Regia celsa deos.
 Quosq; alia Sponsos captant, visuntur ubiq;
 Quem sibi fata parant, non nisi summa tenet,
 Hac reget imperium felix, cum nupserit, Orbis.
 Pacatus Dominæ cedit uterq; Polus,
 Vade' ergo, et timida referes, quæ diximus, ore
 Fatidico, ut letos exigat illa dies.
 Nec sis sollicita, aut metuas predicere fata,
 Succedent votis ordine cuncta tuis.
 Augurij (repeto) tempus mihi Nympha recense,
 Recte (inquit) rogitas, tempora nosse opus est.
 Nam Pater omnipotens epulis de more solutis,
 Fatorum Superis tempora certa dedit,
 Anteaq; rapidum voluat Sol aureus axem,
 Sæpius a Canero versus ad Aegoceron,
 Quæ cecini venient, voti rea maxima Princeps
 Ante aras supplex tunc pia Thura feret.
 Dixerat, et liquidas resilit dea rursus in undas,
 Præcipiti et saltu gurgite inersa latet,
 At ego, quæ Infantis causa dubitare solebam,
 Antea, tunc rediens, omine certa fui.
 Mercurium credo Nymphæ sub imagine Olympo

SYNÆ DESCR

Demissum, ut domina sic mihi fata canat,
Nunc supplex tendo junctas ad Sydera palmas
Pro tali augurio, nec mihi casta fides.
Hæc ego cum videam compleri in Principe vates,
Inter Cælicolas Tunc mihi locus erit,

FINIS.

FESTINALENTE



Ad Augustissimam Mariam Infantem,
 Dini Emannelis Regis filiam,
 Loissæ Sygeæ excusatio: pro
 Syntra Tumultuaria:—

Vt scandūt Flammæ, liquidūq; per aera fumus,
 Utq; vnda ē tellus pondere ad ima petit,
 Sic Musæ colles, umbras, sic flumina, fontes,
 Sic stagna, ē valles, sic loca sola petunt.
 Et fugitant celeres strepitū, Turbāq; Palati
 Clamantem, ē Vicos, Jurgia rauca fori.
 Ast ego nūc ratas leges præuertere Princeps
 Musarum, & numeros edere in arce paro.
 Si fuit errandū, lenior mihi culpa parere,
 Turior auspicijs it mea Musa tuis:—

Materia Vires exuperante meas:—



EPIGRAMMA

IN LOISAE SYGAE

Poema, Georgius Coe
luis :-

Foelix: quæ medias, licet adita Syntra sub auris,
Altius ingenio crenit ad astra uno.
Illius excelsas miramur ad Aethera rupes:
Sed magis hæc numeris fulget in orbibus.
Naturam ingenti cumulasti munere laudis
Sygea: ambiguum est gloria maior utri.
Illa potens rerum scopulos eduxit Olympo:
Tu celebrem late cuncta per ora facis,
Græcia mellifluam mirari desine Sappho:
Et Lusitanam suscipe Calliopen.

Ad eandem.

Si vicē cedit, quidquid vincere cuncta
Potest :-



GASTARIS BARRERII,
In laudem eiusdem.-

Syntraeos quicūq; cupis inuisere colles,
Muscosos fontes, umbriferūq; nemus,
Et varios cantus volucrū, vernantia prata,
Lustra, lacus, rupes, flumina, et Oceanum,
Ardna nil opus est superare cacumina motis,
Quāuis Hæspèridū sis habiturus opes.
Carmina facundæ hæc tantū diuina loiscæ
Jam lege, nil super est amplius, vt cupias:-
FINIS:-

In tenui labor est, sed tenuis nō Gloria,



